



Analecta bollandiana

Bollandists


Library of
VET TES TAM EN NOV TVM
Dei
Sub Numine
Viget
Princeton University.
Elizabeth Foundation.



ANALECTA

BOLLANDIANA

ANALECTA
BOLLANDIANA

TOMUS XX

EDIDERUNT

CAROLUS DE SMEDT, IOSEPHUS DE BACKER,
FRANCISCUS VAN ORTROY, IOSEPHUS VAN DEN GHEYN,
HIPPOLYTUS DELEHAYE ET ALBERTUS PONCELET

PRESBYTERI SOCIETATIS IESU



BRUXELLIS
14, Via dicta des Ursulines, 14

1901

Cum libellos a nobis editos proferemus, his scribendi compendiis utemur.

BHG. = ***Bibliotheca hagiographica graeca seu elenchus Vitarum sanctorum graece typis impressarum.*** Bruxellis, 1895.

BHL. = ***Bibliotheca hagiographica latina antiquae et mediae aetatis.*** Bruxellis, 1898-1901.

Catal. Lat. Brux. = ***Catalogus codicum hagiographicorum bibliothecae regiae Bruxellensis.*** Pars I. Codices latini membranei. Bruxellis, 1886, 1889. Tomi duo.

Catal. Lat. Paris. = ***Catalogus codicum hagiographicorum latinorum antiquiorum saeculo XVI qui asservantur in bibliotheca nationali Parisiensi.*** Bruxellis, 1889-1893. Tomi quattuor.

Catal. Gr. Paris. = ***Catalogus codicum hagiographicorum graecorum bibliothecae nationalis Parisiensis.*** Bruxellis, 1896.

Catal. Gr. Vatic. = ***Catalogus codicum hagiographicorum graecorum bibliothecae Vaticanae.*** Bruxellis, 1899.

CARMINA DE S. QUINTINO

Qui primus " *Acta S. Cassiani metro descripta* „ (BHL. *1633*) *edidit Iustus Fontaninus, vidit quidem in codice Sancti Germani Parisiensis* (1), *cuius apographum* " *cum suis mendis* „ *se typis committere fatetur, deesse primos et ultimos carminis versus; spem tamen quam ei faciebat decessor noster Ianningus, ut eiusdem libelli exemplar integrum nancisceretur, non tanti fecisse visus est, ut de altero isto codice ultra inquireret. Satis siquidem habuit haec in nota carmini subiecta monere :*
" *Nunciavit nobis Ianningus in codice decimi saeculi, qui fuit mona-*
„ *sterii Sancti Quintini, idem poema dividi in duas partes, et priorem,*
„ *dempto prologo, quadringentis scilicet circiter versibus constantem,*
„ *hoc habere principium in apographo a sociis Bollandianis descripto :*


„ Astrigeros postquam Christus transcenderat orbes
„ Ad solium Patris devicta morte revertens,
„ Coetus apostolicus toto se sparserat orbe.

„ *Secundam vero partem totidem et amplius versibus conflatam sic*
„ *incipere significavit :*

„ Ecclesiam cum namque suam rex Christus ab astris
„ Cerneret afflictam. „

Cum vero nuper Monumentis Germaniae historicis *cum alia, tum carmen illud egregia cura pararet v. d. Paulus de Winterfeld, etsi exemplar istud plenius sedulo conquisiverat, nuspiam tamen se repperisse dolebat. Neque enim ut codicem antiquum monasterii Sancti Quintini indagaret contigit, neque apographum veterum patrum Bollandianorum hodie sive in nostra bibliotheca sive in regia Bruxellensi exstare ipsum docuit collega quidam noster* (2). *Restabat porro ut versiculis a Fontanino prolatis, prout fieri poterat, uteretur; quorum tres priores in capite mutili carminis posuit vir doctus, quod eo tutius fiebat, quod tum illi versiculi tum prima carminis ipsius verba ad eandem periodum pertinere videbantur* (3); *aliud autem fragmentum*

(1) Est hic iam codex bibliothecae nationalis Parisiensis lat. 12958; cf. *Catal. Lat. Paris.*, t. III, p. 175. — (2) Cf. *MG.* Poet. lat., t. IV, p. 178, not. 1. — (3) Cf. ibid., p. 181, not. 1*-3*.



brevissimum post reliqua omnia tamquam initium libri secundi, nunc deperditi, adscripsit. Ipsi postea, cum in Bibliotheca hagiographica latina *carmen de S. Cassiano recensendum esset* (1), *versiculos quidem illos haud negleximus, a carmine tamen distinguendos duximus* (BHL. *1634*), *quoniam num ad illud omnino pertinerent, nobis non satis liquebat. Non autem frustra nos rem in dubium vocasse, postea comperimus; immo non satis dubitaveramus. Cum enim haud ita pridem ultimos* Bibliothecae latinae *fasciculos, qui nunc tandem prelum subeunt, qua valebamus cura pararemus, satis mirari nequivimus ubi animadvertimus carmen illud duobus libellis distinctum in laudem non S. Cassiani, sed S. Quintini conscriptum esse. Leguntur nempe in codice Parisino bibliothecae nationalis lat. 17627, saec. XI, tum alii libelli de S. Quintino, tum etiam carmina tria, quorum priore Passio S. Quintini narratur versiculis 523, si vero prologum demas, versiculis 453; — alterum carmen priorem S. Quintini inventionem refert versiculis 196; — tertium denique alteram inventionem explicat versiculis 281. Incipit vero prior libellus post prologum his verbis :* Astrigeros postquam Christus transcenderat orbes; *alter vero :* Ecclesiam cum namque suam rex Christus ab astris. *Quomodo autem factum sit ut, qui de S. Quintino conscripti erant libelli, hi de S. Cassiano conscripti dicerentur, utrum nempe hac in re erraverit Ianningus, an ad Fontaninum non satis perspicue de his libellis rettulerit, an denique Fontaninus ipse perperam intellexerit, non est unde nunc definiamus. Contra nullo negotio explicare mihi videor ea quae de versiculorum numero a Ianningo se comperisse tradidit Fontaninus. Reapse siquidem prior pars, hoc est Passio metrica S. Quintini, versiculis constat circiter quadringentis. Alteram autem partem, quam totidem et amplius versibus conflatam dixit, levi errore intellexisse putandus est compositam ex ceteris binis libellis, qui quamvis non omnino inter se cohaereant et ab eodem auctore conscripti non sint, haud aegre tamen accipi possunt velut una narratio quaedam metrica de inventionibus S. Quintini. Passio porro versiculis 453, libelli autem de inventionibus simul 477 versiculis constant.*

Sed iam ipsi libelli inspiciendi sunt. Exscripti sunt illi sub initio codicis Parisini lat. 17627; quod est Passionale sat amplum (2), *quod olim in dioecesi Bellovacensi exaratum* (3), *postea venit in bibliothecam*

(1) Nondum prodierat pars prior tomi IV *Poetarum latinorum* a v. cl. P. de Winterfeld edita, quando primos *Bibliothecae hagiographicae latinae* fasciculos typis mandabamus. Ut tamen carmina ibi impressa in istis fasciculis laudare possemus, fecit eximia humanitas tum doctissimi editoris, tum viri egregii et optimi amici Ludovici Traube, professoris Monacensis. — (2) Cf. *Catal. Lat. Paris.*, t. III, p. 408-14. — (3) Cf. *ibid.*, p. 408. Comparent in illo sancti non pauci Bellovacenses (Ebrulfus,

maioris ecclesiae B. Mariae Parisiensis. Prae omnibus autem aliis sanctis Quintini maxime in eo memoria celebratur; de cuius laudibus sunt duodecim priores libelli in Passionale recepti; ex quibus ipsos primos, de quibus hic scire interest, paucis recensuisse iuverit.

1° Passio sancti Quintini (*fol. 1-6*[v]).

Est haec " tertia Passio " (*BHL.*, 7008), edita tum alibi, tum demum in *Act. SS.*, Oct. t. XIII, p. 794-99, n° 1-18. Huic recensioni, non autem iis quae dictae sunt " prima " et " secunda Passio ", simile est carmen aevo carolingico conscriptum (*BHL.* 7010) quod post Harsterum nuper edidit v. cl. P. de Winterfeld, *MG.*, Poet. lat., t. IV, p. 197-208.

2° Passio sancti Quintini (*f. 6*[v]*-15*[v]).

Hoc est ipsum carmen, quod incipit: *Astrigeros...* (*BHL.* 7011) [= I]. Quamvis de eo mox plura explicaturi simus, iuverit statim hic notasse carmen minime " tertiae Passioni " similem esse, sed poetam versibus enarrasse priorem partem (*BHL.* 7006) libelli illius qui " secunda Passio " dictus est. (*Act. SS.*, t. c., 787-92, n. 1-19.)

3° [De inventione sancti Quintini ab Eusebia in flumine Somenae] (*fol. 16-17*[v]).

Haec est " tertia " inventio (*BHL.* 7009), sive altera pars libelli de quo supra, 1°.

4° De inventione sanctini Quinti ab Eusebia in flumine Somenae (*fol. 17*[r]*-21*).

Hoc libello metrico, qui incipit *Ecclesiam...* (*BHL.* 7012) [= II] enarrata est altera pars (*BHL.* 7007) " Secundae Passionis " de qua supra, 2° (*Act. SS.*, t. c., 792-93, n. 20-25).

5° Inventio corporis sancti Quintini martyris ab Eligio episcopo (*fol. 21-22*[v]).

Ipsum caput sextum (*BHL.* 7014) Vitae S. Eligii (*BHL.* 2474.)

6° [Eadem inventio] (*fol. 22*[v]*-27*).

Carmen aliud (*BHL.* 7016) [= III], quo multis verborum ambagibus ornantur, si dici fas est, ea pauca quae in supra dicto capitulo Vitae S. Eligii tradita erant.

Voluit ergo, qui Passionale collegit, singulis narrationibus prosis singula carmina subnectere, quibus eaedem omnino res, fusius licet, referrentur. Iamvero, uti particulae 1[a] *et 3*[a]*, quamvis unum opusculum certo certius efficiant, in codice non sese statim excipiunt, ita nihil est*

Iustus, Geremarus, Angadrisma, Lucianus) vel Bellovacensium vicini, ut Laudunenses (Quintinus, Benedicta, Hunegundis), etc. Notare iuverit in ipso initio simul occurrere sanctos quosdam in dioecesi Laudunensi cultos, Quintinum dico, Cassianum et Benedictam; de quo cultu cf. quae scripsit P. de Winterfeld, t. c., p. 180.

cur dubitemus quin particulae 2ª et 4ª seu carmina I et II, quae binas partes „ secundae Passionis „ prosae binis libellis repraesentant, ab uno et eodem poeta conscripta sint. Idem est ceteroqui in utroque libello dicendi genus, idem verborum delectus, eadem rei metricae ratio. Utrique etiam id commune est, quod locos quosdam, quin et integros versiculos, vix non ad verbum similes habeant iis qui in Vita metrica S. Benedictae (BHL. *1088*) *leguntur. Sed id accuratius examinandum est.*

Perspexit primus Paulus de Winterfeld, v. cl. (1), *arte inter se cohaerere Passiones metricas seu carmina tria iam superius laudata, de S. Cassiano nempe* (BHL. *1633*), *de S. Benedicta* (BHL. *1088*) *et aliud de S. Quintino* (BHL. *7010*) *a nostris libellis diversum; idem magna cum diligentia singillatim adnotavit quos versus unumquodque horum cum binis reliquis communes haberet. Statuit etiam carmen de Benedicta Lauduni conscriptum esse, carmina autem de Cassiano et de Quintino sive Lauduni, sive etiam in Sancti Quintini monasterio. Porro Cassianum ante Benedictam carmine celebratum esse probabili ratione ostendit; utrum vero et Quintino posterior sit Benedicta, an prior, prolatis in utramque partem quibusdam argumentis, noluit definire* (2).

Iamvero his tribus quartum iam adiungimus carmen nostrum I-II, cum illis non una ratione conexum. Ut enim carmen de S. Quintino iam pridem editum praefatione in laude trinitatis, *ut carmen de S. Benedicta* epilogo disserto alme et individue trinitatis *exordiuntur* (3), *ita libello nostro I praefixa est* Praefatio in laude trinitatis. *Quae praefatio tum nostri, tum aliorum duorum poetarum, in eodem prorsus argumento versatur, ut nempe ad laudandum Deum trinum et unum sibi animos addat auctor, dum singillatim recolit quibus laudum praeconiis tum singuli caelitum ordines, tum etiam res creatae omnes summum Dominum prosequantur. Sed et ab eodem argumento, nempe ab ascensione Domini, initium narrationis sumunt quattuor carminum*

(1) *MG.*, t. c., p. 178-80. — (2) Crediderim equidem Passionem Quintini ante Passionem Benedictae esse compositam; quod ostendere videtur versiculus quidam, quem utrique communem esse non vidit v. d. P. de Winterfeld. Postquam nempe ostendit poeta Quintinum ipsiusque socios cum bono sene Gentiano amice colloquentes, ita pergit: *Alloquio cuius* [nempe Gentiani] *dum taliter hi fruerentur* (Passio Quintini, v. 188). Qui versus in Passione Benedictae iterum occurrit, at sane inepte. Inducit nempe carminis auctor Matroculum quendam praefectum, atque *atroces sermones* (v. 279), viri istius, quem inimicum truculentum (v. 301) mox dicturus est, pluribus refert (v. 266-278, 297-299); ast nihilo minus pergit (v. 300): *Alloquio cuius* [Matrocli] *dum taliter haec frueretur.* — (3) Cum mutilum sit carmen de S. Cassiano, affirmare non licet, id quod tamen probabile est, similem praefationem illi olim esse praefixam.

illorum auctores (1). *Tandem quamvis multo plures versus communes habeant tria carmina antea nota, quam communes habet nostrum carmen I-II cum ipsis, attamen leguntur in hoc loci qui et in ceteris reperiantur, vix quidem unus in carmine de Cassiano, pauci in altero carmine de S. Quintino* (BHL. *7010*), *multi in carmine de S. Benedicta. Duos praecipuos attulisse iuverit.*

Ita nempe in carmine nostro I, v. 160-66 :

Talibus hinc praeses sermonibus esse loquutus
Dicitur ad sanctum, quem nullis fallere verbis
Posse docet gladius, quem merserat ille cruentum
In collum corpusque viri pectusque beati :
« Dic mihi, dic, iuvenis, quis tu aut qua stipe creatus
„ Quod nomen quisnamque locus, quae patria constat,
„ Est tibi quaeque fides aut quae religio, narra. „

Iam vero in carmine de S. Benedicta similiter legimus v. 252-57 :

Talibus hinc iudex sermonibus esse locutus
Dicitur ad sanctam, quam nullis vincere possit
Terrorum poenis, diris non denique flagris :
« Dic mihi, dic, virgo, quae tu aut qua stirpe creata es,
„ Quod nomen quisnamque locus, quae patria constat,
„ Est tibi quaeque fides aut quae religio sacra. „

Rursus ingressum Quintini et Benedictae in carcerem vix non iisdem verbis refert uterque poeta. Noster nempe, v. 226-230 :

At tunc Quintinus tractus sat duriter inde
Carceris ingreditur gaudenter taetra profundi
Nomine pro Christi, cui se commiserat olim,
Pro quo iam nexus artus et saeva flagella
Sustinuit patiens, spe semper conscius alma.

Carmen vero de S. Benedicta, v. 424-29 :

Nam Benedicta quidem constricta ac dire ligata
Carceris ingreditur gratanter taetra profundi
Sol ubi non luxit, splendor non denique lunae,
Nomine pro Christi, cui se devoverat olim;
Pro quo iam nexus artus et dira flagella
Sustinuit patiens, cuius suffragia poscens.

(1) Vid. nostrum Carmen I (*BHL.* 7011), v. 71; Carmen alterum de S. Quintino (*BHL.* 7010), v. 1*; Carmen de S. Benedicta, v. 34; idem de Passione metrica S. Cassiani dicendum esse vel ex mutilo initio satis constat; indeque factum est ut v. d. Paulus de Winterfeld non recte quidem, sed tamen sapienter coniceret ad eundem periodum pertinere hoc initium mutilum atque initium carminis nostri I.

Etsi autem manifestam crebramque huiusmodi similitudinem carmen inter nostrum I-II et aliam Passionem metricam S. Quintini (BHL. *7010*) *non offendimus, quin tamen hi libelli quadantenus inter se cohaereant, vix dubitare licet. Sic, v. g., uti noster in prologo* (*v. 5, 6*) *Deum his alloquitur :*

Non tamen in terris abhorres munia laudis
Quae mortalis homo pangit ab ore pio,

ita auctor alterius Passionis (BHL. *7010*) *in " oratione „* (*v. 7, 8*) *:*

Haud tamen in terris abhorres carmina laudis
Quae mortalis homo pangit honore tuo.

Loci tamen, quos et nostrum carmen I-II et altera Passio metrica S. Quintini communes habent, pauciores sunt numero, ut ex ipsis certo definire liceat utrum carmen alteri praeiverit. Nostrum recentius esse colligat fortasse quispiam ex istius versiculis 78-79 :

Mox urbem petiere quidem, quae tunc caput orbe
Extulit et sceptrum gestabat honore superbo,

si tamen ibi agnoscenda est imitatio quaedam loci Vergiliani (Ecl. *1, 24*), *quem multo pressius secutus est, quin etiam paene ad verbum exscripsit alter poeta* (*v. 17*).

Haec reliquas inter tantum caput extulit urbes...

Verum affirmare non ausim hoc loco auctorem nostrum sive ad Vergilium, sive ad alterum illud poema de S. Quintino respexisse. Ceterum notasse iuverit saepe auctores tum carminis alterius de S. Quintino, tum carminis de S. Cassiano Vergiliana exempla secutos esse, dum contra sive in nostro carmine sive in carmine de S. Benedicta, quod in ceteris etiam cum nostro maiorem similitudinem praefert, vix pauci huiusmodi loci sunt reperti.

His certiora, quae proferrem, frustra quaesivi. Neque omnino assequi valeo utrum carmine de S. Benedicta anterius an posterius sit carmen nostrum I-II. Haud aegre tamen mihi persuaserim nostrum ante alterum conscriptum esse. Quod maxime versu 169 carminis de S. Benedicta inducor ut credam. Postquam nempe rettulit poeta S. Benedictam, ab angelo iussam, cum sociabus in Galliam venisse, socias ab ea secessisse ut Christi nomen gentibus praedicarent, multos infirmos ab ipsis miraculo sanatos esse, tum pergit v. 167 :

Hinc iterum monitor supero sermone relatus (*nempe angelus*)
Accelerare iubet Lauduni moenia montis.

Quid vero Benedicta?

His dictis, iam fida Deo consurgit ab arvo;
Ad superos palmas tendit...

Ut autem omittam nihil dixisse Benedictam, quid sibi vult illud ab arvo, *cum minime in praecedentibus de arvo quopiam sermo factus sit? Contra, quam apte idem versiculus in carmine nostro II veniat, non est opus multis ostendere. Eusebia quippe matrona cum, et ipsa ab angelo monita, in Gallias profecta esset, ut corpus S. Quintini requireret, iamque ad locum venisset, in quo latebat sacrum illud corpus, antequam latebras illas excuteret, orationem ad Deum fudisse traditur, ut pium illud propositum feliciter perageret. Orat autem humi prostrata :* terrae et prosternit adorans (*II, v. 96*), *ut humi prostratus ante martyrium oraverat et ipse Quintinus :* equidem mox se prostraverat arvo (*I, v. 471*). *Nihil ergo magis consentaneum quam ut, postquam plurimis verbis Eusebiae orationem rettulit* (*II, v. 99-120*), *his iam, iisque aptissimis, concludat poeta* (*II, v. 121-123*) *:*

His dictis, iam fida Deo tunc surgit ab arvo,
Ad superos palmis pansis Eusebia spectat,
Quid Deus e caelis iubeat de corpore sancto.

Et arvum *nempe habemus, et* dicta; *et cur Eusebia, oratione peracta, in Deum confidere dicatur, facile intellegimus.*

Quae si recte diximus, sequitur iam carmen nostrum I-II aetate carolingica conscriptum esse; cum quo non male convenit ipsum in codice Sanquintinensi, quem saeculo X exaratum esse dicebant, olim repertum esse.

Verum alia etiam ratione ostendi credimus carmen nostrum non solum aetate carolingica, sed et ante finem saeculi IX esse compositum. Siquidem carmen nostrum III, quo narratur altera inventio S. Quintini, et nostro carmine I-II est posterius, et tamen ipso saeculo IX scriptum videtur. Posterius illud esse altero, ipse auctor testatur in praefatione, qua docet alterum poetam tum passionem, tum priorem inventionem S. Quintini carmine dulcisono *posteris tradidisse,* post se *tamen* memorandam reliquisse *inventionem ab Eligio factam.*

Sed est etiam cur credamus carmen III extremo saeculo IX esse factum. Auctor nempe se profitetur unum ex servulis S. Quintini (1), *opellamque suam dedicavit* Otgero *cuidam* decano (2). *Hunc autem*

(1) *Orat te venerans servulus unus,* ita acrostichon alterum prioris prologi. — (2) *Otgero decano,* ita acrostichon epilogi.



esse illum Otgerum Sanquintinensem canonicum (1), qui ab ecclesia Virmandensi assumptus et pro sui merito Ambianensi desponsatus (2) *ab anno circiter 890 ad annum 928 Ambianensis episcopus fuit, iam vidit Rivet* (3), *et recte, opinor, vidit. Certe inter recentioris temporis decanos, quos bene multos inde ab anno 944 recenset Colliette* (4), *nullum Otgerum reperire est. Neque sane dubitationem id nobis afferre debet, quod qui in aliis monumentis prodit Otgerus Sanquintinensis canonicus, expressis verbis* decanus *non dicitur; non enim id necesse erat in his monumentis commemorare, et ceteroqui haud improbabile est illum, qui in episcopum Ambianensem ex Virmandensi ecclesia assumptus est, de primoribus istius ecclesiae fuisse.*

Habemus ergo, aut ego fallor, tria carmina saeculo IX conscripta, priora quidem bina ab eodem auctore ante tertium conscripta, tertium autem illud a quodam Sanquintinensi canonico ante annum circiter 890 prioribus additum. Quae etsi ad rem historicam vel certe ad sancti martyris Quintini historiam nihil conferunt, quippe quae narrationes prosas iamdiu notas plurium verborum ambitu, non vero rerum scitu dignarum adiectione amplificent, tamen veluti carolingicarum litterarum monumenta typis committere haud dubitamus. Edimus autem ea ex solo codice Parisino lat. 17627, cum nec vetustiorem illum Sanquintinensem, neque eiusdem apographum a Ianningo olim lectum reperire contigerit. Quod equidem dolemus. Parisinum enim exemplar non solum aliquantum lacerum est, sed ab amanuensi non ita diligenti est exaratum; cuius mendas alias correxerunt in ipsis membranis viri saltem duo, unus aequalis, alter recentior, alias easque subinde manifestas nobis tollendas reliquerunt (5), *ita tamen ut supersint etiam loci qui, reperto demum alio exemplari, sanari possint* (6).

(1) Sermo in tumulatione SS. Quintini, Victorici et Cassiani (*BHL.* 7020), c. 14 : *a quodam memorabilis vitae pridem eiusdem loci canonico, tunc autem Ambianensis ecclesiae episcopo, nomine Otgero.* — (2) Ita libellus de translatione S. Gentiani (*BHL.* 3351), c. 2. — (3) *Histoire littéraire de la France*, t. VI, p. 88. — (4) L.-P. Colliette, *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique, civile et militaire de la province de Vermandois*, t. III (Cambrai, 1772), p. 480-81. Cf. etiam *ibid.*, t. I (1771), p. 488. — (5) Prima singulorum versuum littera a rubricatore minio depicta est; quaenam autem depingenda esset, atramento praescripsit amanuensis, in versa quidem foliorum parte singulas litteras interiori margini inscribendo, quae etiamnum legi possunt; quod autem in recta foliorum parte nihil huiusmodi iam videtur, inde certe est quod externo margini litterae adscriptae erant atque compactoris scalpro sunt excisae. — (6) Diphtongum *ae*, quae in codice fere *ae* vel ę, aliquando tamen sola littera *e* depicta est, *ae* ubique scripsi, praeterquam in locis dubiis.

I

PASSIO S. QUINTINI

Incipit praefatio in laude Trinitatis. f. 6v.

Laudibus ecce tuis intendens, o dee Christe,
Carmina laetanter promere sumo tibi.
Nam licet in caelis sanctorum coetus adorans
Te canat exultans et pia vota ferat,
Non tamen in terris abhorres munia laudis,
Quae mortalis homo pangit ab ore pio.
Ergo libens votis semper, rex Christe, faveto,
Dulciter ut liceat carmina digna loqui.
Tu Deus immensus, tu caeli conditor arcis,
Tu verbum Patris et sine fine manens;
Sidere tu caelos, tu terram floribus ornas;
Tu regis imperio cuncta creata tuo;
Tu lumen, tu splendor, honor tu, gloria perpes,
Tu spes vita salus pax decus atque via;
Tu patris a solio missus certissima mundo es,
Nempe salus factus in redimendo tuos;
Tu matris sanctae es germen flos fructus et auctor,
Quod tantum nostra tempora nosse licet.
Te patriarcharum sonuit sanctissimus ordo
Atque prophetalis protulit ore cohors;
Coetus apostolicus te toto praedicat orbi,
Quos docuit summus spiritus ipse tuus;
Testantur sancti, quorum cruor orbe coruscat,
Sis quia tu populis palma corona tuis;
Alma sacerdotum te clamat contio laudans,
Quorum vita placet, o bone Christe, tibi:
Virgineumque decus n... no candore coruscans
Te docet ore pio, te iubilando sonat. f. 7.

[2] *id est* praesumo (?); *cod.* sūmo. — [5] nimia laudis *ante corr.* — [8] carmia *ante corr.* — [17] actor *ante corr.* — [24] pulis *ante corr.* — [27] *corroso infimo margine desunt tres litterae; reliquos apices bene complerem legendo* magno, *nisi vox frigida esset.*

5-6. Cf. aliud Carmen de S. Quintino (*BHL.* 7010), orationis v. 7-8; Carmen de S. Benedicta, v. 74. — 13-14. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 591. — 21. Cf. infra v. 73.

Omnia quaeque polus retinet, mare, continet arvum,
Persolvunt odas, o dee Christe, tuas.
Non caeli reticent, turba caeleste canente;
Plebs sacra cum resonat, sed neque terra tacet.
Nam mare fluctivagum, metas servare recurrens
Quod novit iussu, nec sine laude manet.
Omnia quippe sonant quae vastus continet orbis
Dignanter laudes cognita, sancte, tuas.
Has monet egregius David cytharista canendo;
Has rex ipse docet versibus innumeris.
Has pueri flammis invecti carmine promunt,
Quos metuens sacris laudibus ardor abit.
Lingua beatorum te semper, Christe, fatetur,
Teque Deum pangit mens bonitate cluens.
Vocibus ac gestis pariter haec omnia produnt,
Quaeque tuis factis constat inesse sacris.
Namque Deo missus de caelis angelus infit:
« En paries virgo nescia lege viri. »
Sidus in excelsis spargens sua lumina terris,
Te puerum regem narrat adesse poli.
Te mare sustentans terra et tremefacta locuntur,
Subdita quod pariter sint tibi cuncta Deo.
Te lumen caeci, medicum te lepra fatetur,
Quae fugit ad tactum, rex benedicte, tuum.
Te Lazarus vita congaudet tartara linquens,
Et mors victorem monstrat adesse suum.
Haec etiam sancti, quorum tu maxima vita es,
Testantur morte, quae pretiosa manet;
Qui te prae cunctis solum bonitate secuti,
Terrea spernentes praemia magna tenent.
f. 7v. E quorum numero Quintini martyris almi
Haec monstrant merita munere, Christe, tuo.
Cuius abhinc praestes nostro miserando labori
Promere gesta, peto, martyris, alme Deus;

[35] *cod.* concinet. — [41] ligua *ante corr.* — [54] *cod.* adessuum. — [62] prome *ante corr.*

29. Cf. aliud Carmen de S. Quintino (*BHL.* 7010), prologi v. 49. — 33. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 331b. — 37. Vid. *Psalm.* XXXVII et CXLVIII. *Citharista David* dicitur etiam in Carmine de S. Cassiano, v. 446. — 39. DANIEL, III, 51 sqq. Cf. Carmen de S. Benedicta, prologi v. 15. — 40. DANIEL, III, 24, 49-50, 94. — 45-46. LUC. I, 26, 31, 35. — 47. MATTH. II, 2. — 49. MATTH. XIV, 25 et MATTH. XXVII, 51. — 51. MATTH. IX, 27-31; MARC. VIII, 22-26; IOH. IX, 1-41, etc. et MATTH. VIII, 2-4; LUC. XVII, 12-19, etc. — 53. IOH. XI, 1-45. — 56. Cf. *Psalm.*, CXV, 15.

Ut pateat cunctis qua te bonitate secutus
Is fuerit, quem tam glorificando tenes;
Sicque mihi liceat post haec pia carmina laudis
Metrica mox testi pangere parva tuo.
Sit tibi, sancte Deus, laus virtus gloria perpes
Et decus imperio sit sine fine tuo,
Qui Deus immensus regnas sine fine per aevum
Cum Patre tu genitus, Spiritus atque tuus.

Incipit passio sancti Quintini.

Post ascensionem Christi, dispersis per orbem apostolis, Petrus et Paulus Romam venerunt.

Astrigeros postquam Christus transcenderat orbes
Ad solium Patris, devicta morte, revertens,
Coetus apostolicus toto se sparserat orbe,
Iusserat ut Christus librando per aethera corpus,
Finibus ut cunctis resonarent verba salutis.
His igitur missis mundum penetrantibus omnem,
Petrus Romanam Paulus simul inclitus ore
Mox urbem petiere quidem, quae tunc caput orbe
Extulit et sceptrum gestabat honore superbo,
Illius ut fierent primo tunc subiuga colla,
Inde sequens Christi peteret vestigia mundus,
Cum Romam posset prostratam cernere Christo,
Ferre monarchiam quae se iactaverat olim.
His quoque iam Domini magna virtute peractis,
Cessit apostolici Roma hinc sermonis honori.
Quamvis nam rubris illos perfuderit undis,
Haec tamen et victa est et mox virtute subacta,
Vincere quae cunctos solita est invicta manendo. f. 8.
Indeque sanctorum nutrix quae perfida dudum
Iam fieri voluit mater, non saeva noverca,
Non gladium sed lac tribuens, quo pasceret omnes
Munere christicolas perfecto dogmate sanctos.

In lemmate : diversis ... apostoli. — [74] Susserat *cod.* (*menda rubricatoris*); liberando *ante corr.* — [75] conctis *ante corr.* — [77] *cod.* in//clitus.

63. Cf. supra, v. 57. — 66. *testi*, id est μάρτυρι. — 72. *Ad solium Patris*, cf. Carmen de S. Benedicta, v. 34, 35. — 75. Cf. ibid., v. 40. — 77-78. Cf. ibid., v. 47-48. — 78-79. Cf. aliud Carmen de S. Quintino (*BHL.* 7010), v. 17; vid. etiam supra, p. 10. — 79. Cf. ibid., v. 74. — 90. Cf. ibid., v. 7 et 16. — 91. Cf. I Petr. ii, 2.

Quod Roma multos sanctorum genuerit, inter quos et beatum Quintinum produxit.

Haec quondam genuit multos urbs inclita Roma
Sanctorum populos spargens per competa mundi.
Inter quos noster Quintinus nascitur ut flos
Egregiae stirpis, quam tunc senatorius ordo
Extulit ad primos post magni caesaris ortus;
Quem Zenon magnus genuit hoc ordine dignus.
Sed licet his carnis fuerit pater, altor et auctor,
Quaeritur hoc maior, summa qui laude coruscat,
Progeniem formans caelestem sorte beata.
Hunc sibi Quintinus dum iudicat esse sequendum,
Fontem baptismi petit et pia munera Christi,
Mundior ut factus caelestis filius extet.

Ubi beatus Quintinus cuncta deserens Christum secutus est et Gallias venit.

Post igitur iuvenis carne et baptismatis unda,
Aeterni regis vestigia sancta secutus,
Obtimus ut miles populum patriamque relinquens
Pergit ad externos, quos Gallia finibus ambit,
Ut multos faceret Christum cognoscere regem,
Non cinctus mucrone quidem nec comptus in armis,
Sed virtute Dei, potuit qua vincere mundum,
Confisus, properat, contempto turbine cuncto.

Quod beatus Quintinus Somanobrium veniens Christum praedicaverit.

f. 8v. Interea adgrediens urbem, quae florida Gallis
Extiterat, quondam nomen Somanobria gestans,
Ambianen quam nunc mutato nomine dicunt,

[98] *cod.* dgn'. — [102] Quinus *ante corr.* — [114] *cod.* Somonobria.

94. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 57, 212; Carmen de S. Cassiano, v. 79. — 99. *his* = *is*. — 101. Cf. infra, v. 395; II, v. 116. — 105. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 61, 394, 478, 504. — 106. Cf. infra, v. 251. — 107. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 104. — 108. Cf. ibid., v. 150. — 109. Cf. ibid., v. 139. — 114-115. Cf. aliud Carmen de S. Quintino (*BHL*. 7010), v. 121-23. — 115. Cf. Verg. *Aen.* vi. 441; vii. 607.

Incipit egregias Christi mox pandere laudes
Et pia facta Dei multis committere verbis,
Esse Deum caeli monstrans per saecula summum,
Qui genuit Christum nullo sub tempore de se
Quem voluit nasci post haec de virgine sancta,
Quae mater tunc virgo fuit, post virgo remansit.
Talibus et dictis cum plurima necteret ore,
Non modicum populum Christo adquisiverat illic,
Lumine virtutum signis quoque valde coruscans,
E quibus alta Dei virtus tunc compserat illum,
Ut sua verba sequens firmaret munere signum.

De virtutibus beati Quintini.

Incipit interea, fama vulgante per orbem,
Quintini resonare fides nomenque beatum,
Quem Dominus tantis voluit praefulgere signis,
Ut posset mirans tunc Galia cernere quosdam
Quos caecos genuit, quos claudos currere laetos,
Aut quos dira febris tetigit vel turgida lepra,
Saepe crucis signo sacrae consurgere sanos.
Quae pia turba videns ad laudes ora resolvit.
Impia nam gladium vibrare assumpserat exin,
Militis ut Christi conpesceret acta minando.

De principibus Romanis.

Tunc etenim Diocletianus regalia sceptra
Rexerat et sotium perfecerat Herculianum,
Cui vis bellorum nomen concesserat illud,
Ante licet dictus fuerat qui Maximianus,
Saevus et infelix torvus cultorque deorum.
Hic sitis, hem, rabiem sanctorum sanguine stingui f. 9.
Posse suam credens, mox milia sternere sancta
Aggreditur, plectique iubet quos nomine Christi
Signatos potuit cognoscere perfidus armis.
Mittit et ad Gallos, lateat ne sanctus in illis,
Quem suus in gladii non miles sterneret ictu.

[127] *ita correxit man. post.*; vulgare *man. pr.*

116, 117. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 197, 198. — **119-21.** Cf. ibid., v. 345-48. — **119.** Cf. etiam infra, v. 265. — **139.** Cf. aliud Carmen de S. Quintino (*BHL.* 7010), v. 79.

E quis unus erat Rictiovarus impius, urguens
Sacrificare diis, quos Caesar sanxerat olim,
Non gladio parcens, non ignibus ille beatis,
Quos Christi vinxit nomen regnumque fidesque
Daemonibus nullum persolvere munere censum.
Interea hic famam Quintini perfidus aure
Discere cum primo potuit, mox callida fraudis
Vertit ad aumentum perversi dogmatis instans,
Flectere christicolae mentem si posset ad aras,
Quas coluit Caesar, quas nescius ipse beabat.

Ubi beatus Quintinus tribunalibus Rictiovari sistitur.

Sed Quintinus ad haec dum nollet flectere sensus,
Ducitur ad magnum praefecti valde tribunal.
Talibus hinc praeses sermonibus esse loquutus
Dicitur ad sanctum, quem nullis fallere verbis
Posse docet gladius, quem merserat ille cruentum
In collum corpusque viri pectusque beati :
“ Dic mihi dic, iuvenis, quis tu aut qua stirpe creatus,
„ Quod nomen quisnamque locus, quae patria constat,
„ Est tibi quaeque fides aut quae religio, narra. „

Responsio beati Quintini prima.

At Quintinus eum quamvis cathenatus ab ipso
Carcereis tenebris iam ductus sisteret ante,
Haec responsa dedit, sancta spe conscius, olli :
f. 9v. “ Si, praefecte, mei perquiris corporis ortus,
„ Roma mihi locus est, Zenon pater, Itala tellus,
„ Quintinus nomen, spes semper gloria Christus,
„ Signa crucis gestans, cuius quoque dogmata porto,
„ Qui nomen sumpsi sancto de nomine Christi,
„ Christianus ego ut dicar praenomine summo. „

Aggrestio praefecti secunda.

Tunc praefectus ait : “ Cur te dementia tanta
„ Decepit, iuvenis, tam magna stirpe creatum,

160-66. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 252-57. — 164. *De stirpe creatus*. Cf. infra, v. 177, 291; aliud Carmen de S. Quintino (*BHL.* 7010), v. 20. — 167-68. h. e. *quamvis... sisteret... ante eum*. — 170. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 260. — 173. Cf. ibid., v. 264. — 176-77. Cf. ibid., v. 282 [= Verg. *Ecl.* 6, 4], 386, 499. — 177. Cf. supra, v. 164.

„ Ut Christum dominum dicas regemque polorum,
„ Quod Iovis est proprium quin nostrorumque deorum?
„ Nunc quibus accedens dignanter solvere tura
„ Pergere flecte animos, neu nostra efferveat ira. „

Responsio beati Quintini secunda.

Denegat haec fieri Quintinus, talia profans :
“ Non equidem, praeses, quaequam est dementia nobis,
„ Qui dominum Christum regemque deumque fatemur;
„ Sed potius demens extat, qui daemonis aras
„ Excolit et cultus infandis reddere curat.
„ Namque mihi Christus semper Deus extat in aevum,
„ Cuius honor vetuit numquam dis promere laudes
„ Solvere nec census divinis cultibus aptos.
„ Ergo Deum memorans nunquam diis sacrificabo
„ Nec iussis parebo tuis, quae tempnere dignum est,
„ Tu licet occidas corpus hoc sorte feroci. „

Ubi praeses sancto martyri iurando minatur.

His igitur praeses dictis mox valde furore
Motus ait : “ Quintine, tibi per grandia iuro
„ Numina magnorum semper quoque summa deorum,
„ Insuper addo deas, quas cunctus percolit orbis,
„ Nunc nisi convertens sensus animosque rebelles f. 10.
„ Adpropies venerando deos et semper adores,
„ Multis te poenis multis quoque trado flagellis. „

Responsio sancti Quintini tertia.

Martyr ad haec sanctus nullo terrore minantis
Motus ait : “ Iam credo tibi sat posse videri
„ Flectere me nullis constantem, perfide, verbis,
„ Sed nec poenarum diversis fascibus unquam „.

[181] *id est* flecte animos ut pergas solvere tura...? *vel legendum :* Perge; reflecte animos...? *Cf. infra v. 197, v. 428.* — [183] none quidem *man. pr.*: nonne quidem *corr., sed perperam.* — [191] *cod.* tempore. — *In lemmate* iurando dominatur. — [197] *ita corr. man. post.*; nunc si *man. pr.*

187. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 366. — 192. Cf. infra, v. 287.

Ubi praefectus fustibus sanctum martyrem mactare praecepit.

Hinc praefectus eum iam tunc fervore repletus
Fustibus affligi diro cum verbere iussit.
Haec quoque Quintinus dum laetus sustinet, orat
Omnipotentis opem, neu linquat semet in aevum.
At mox de caelis vox dicitur íntonuisse:
“ Nunc suffer, Quintine, tibi quaeque irrogat hostis.
„ Adsum ego defensor, qui te salvabo per aevum. „
Tunc cecidere viri, quos praeses iusserat ante
Quintinum torquere flagris dirisque flagellis;
Nec constare queunt, quos torsit flammeus ardor
Interiora vorans, ultor tunc martyris almi,
Quem Deus e caelis protexerat ut piüs auctor.
Interea effugiunt magno terrore repleti,
Praesidis atque domum repedantes talia multis
Vocibus exclamant necnon auxilia poscunt.

Ubi praeses beatum Quintinum in carcerem secundo claudi praecepit.

Mox praefectus ad haec turbatus duriter inquit:
“ Ecce deos nostrasque deas iuro, iste rebellis
„ Est magus et nocens, cantamina praecluit ipsis;
„ Quaeque gerens manibus nostris elabere temptat.
f. 10v. „ Duriter ergo illum nunc sumite, hincque trahentes
„ Carcereis tenebris includite valde peratris;
„ Hoc quoque condignas persolvat munere poenas. „

De angelo qui in carcere beatum Quintinum consolatus est et abire praecepit.

At tunc Quintinus tractus sat duriter inde
Carceris ingreditur gaudenter taetra profundi
Nomine pro Christi, cui se commiserat olim,
Pro quo iam nexus artus et saeva flagella
Sustinuit patiens, spe semper conscius alma.
Hic post haec martyr cum semet nocte sequenti
Traderet afflictus somno dulcique quieti,
Cernit adesse sibi de caelis gaudia magna
Angelico adventu, qui se tunc astitit ante,

211 iuserat *ante corr.*

220. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 327. — 227-230. Cf. ibid., 425, 427-29.

Missus ab excelsis clementer munere Christi.
Ast igitur qui tunc aderat mox angelus inquit:
" Nunc ego descendens caelorum missus ab arce,
" O Quintine, tibi paradisi gaudia narro
" Esse parata quidem, si non te flectere poenae
" Hae poterint, praeses quas irrogat ecce feroces,
" Nescius infelix quod saeviter ipse peribit
" Cum cunctis quos ille trahit per crimina vinctos
" Ad claustra inferni, contempto nomine Christi.
" Tu modo consurgens Christo persolve triumphos,
" Qui voluit tenebris te his nunc absolvere taetris,
" Ut populis pandas eius virtutis honores,
" Praesidis iniusti poterant quos forte furores
" Pergere in occasum fidei terrendo minaces ".
Credulus his martyr sacras de pectore laudes
Reddit et altithrono iubilos laetanter ab ore.
Ilico consurgens, vestigia sancta secutus f. 11.
Angelica, egreditur de carcere, claustra relinquens
Sola; suos pariter custodes stertere cernit,
Quos somnus pressit, vincxit quoque gratia Christi,
Gressibus ut sanctis liber foret inde recursus.

Ubi sanctus martyr urbem ingressus Christum praedicat.

His quoque iam factis ingressus moenia martyr
Urbis, vallatus venientibus undique turmis,
Vocibus excelsis narrat praeconia Christi,
Pandens virtute et grandia munera profans,
Quae clemens praestabit eis quos novit amore
Esse suos, quos ipse etiam per sanguinis undam
Mercatus fuerat, dampnata sorte reatus.
Talibus edictis cum plurima necteret, hortans
Hos populos summum dominum iam credere Christum,
Cui pater aeternus de se sine tempore nato

[239] flecterepone *man. pr.*; flecterepene *corr. man. post.* — [248] Pergere *rubricator. Forsan corrigendum :* Vergere. *Cf. infra, v. 383.* — [250] iubi laetanter *ante corr.* — [259] *Corrigendum videtur* virtutes. — [263] necteret orans *ante corr.* — [265] *Ita praescriptum rubricatori; ast rubricator :* Qui pater.

251. Cf. supra, v. 106. — 265. *sine tempore.* Cf. infra Carmen II, 28; Carmen de S. Cassiano, v. 352; Carmen aliud de S. Quintino (*BHL.* 7010), v. 164, 273; Carmen de S. Benedicta, 345; FLORUS, carmen 5, v. 7 (*MG.*, Poet. lat., t. II, p. 530); cf. etiam supra, v. 119 (*nullo sub tempore*).



Omnia donavit tradens subdensque per aevum,
Credere sexcenti calefacti dogmate tanto
Mox coepere viri Dominumque Deumque fatentes
Et fidei tantae sancxerunt nectere corda.

Ubi custodes Christum credentes ad praesidem veniunt.

Tum quoque custodes, reserato carcere, cumque
Inspicerent nec adesse virum, quem praesidis ante
Vinxerunt iussis, tremebundi ergastula linquunt,
Poscentes magna Domini virtute fuisse
Carcere quod clauso posset quis deinde meare.
Festinant celeres sanctum perquirere in urbe.
Quem mox cum sacri spargentem semina verbi
Conspicerent, regi caelorum promere laudes
f. 11v. Nam coepere quidem, qui Christo corde fideli
Credentes veniunt ad praesidis atria saevi.

Ubi praeses, obiurgatis custodibus, Quintinum adducere iubet diis sacrificare suadens.

Talibus infelix auditis quippe tyrannus
Ira perfusus, stridens quoque dentibus, inquit :
“ Hem, vos dementes decepit hic magus omnes,
„ Qui docet almorum fieri hostes valde deorum,
„ Caesareis iussis qui et sat parere resultat.
„ Admodo vos oculis celeres abscedite nostris
„ Ne meus hic gladius pariter pertranseat omnes,
„ Flectere Quintinum placuit quo sorte feroci. „
Dixerat haec praeses, iussitque adducere sanctum.
Qui primo blandis orsus sermonibus inquit :
“ Quin fateor, Quintine, tibi me valde rubore
„ Confundi, iuvenem tanta de stirpe creatum
„ Talibus inmergi sectis tantisque periclis
„ Contra fas hominum contra vel iura deorum,
„ Quos Caesar Romae colit et respublica nostra.
„ Nunc igitur nostris sermonibus adde benignis

[267] Crede sexcenti *ante corr.* — [277] Nam *rubricator. Forsan corrigendum :* Iam. *Vid. tamen v. 379, v. 416.* — [285] *Id est* amodo ? *aut forsan legendum :* At modo? *Cf. infra carmen II, v. 110.*

273. *Poscentes* = *clamantes*? — 280-281. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 309, 310. — 286. Cf. ibid., v. 603-4; vid. etiam aliud Carmen de S. Quintino (*BHL.* 7010), v. 236. — 287. Cf. supra, v. 192. — 291. Cf. supra, v. 164.

„ Cor placitum flectendo animos et suscipe iussa.
„ Accedens tantum nostris diis tura dicato,
„ Exorans supplex clementes poplite flexo,
„ Ut nostris placeas populis et Caesaris aulae,
„ Qui te muneribus magnis ditabit et auro,
„ Ut tibi sit vestis pro vili hoc purpura panno
„ Et candens byssus, torquis quoque pendula collo,
„ Balteus et cinctus multum praestabit honoris,
„ Hereditasque tibi reddetur tota parentum.
„ Omnia sic pariter Caesar dabit obtima regni, f. 12.
„ Si fueris tantum nostris diis semper amicus
„ Ac sotius noster cuncto notissimus orbi. „

Responsio sancti Quintini martyris.

At quoque Quintinus his dictis, talia profans :
“ Miror „, ait, “ praefecte, satis te mollius ista
„ Nunc dixisse mihi, tua quem non flectere poena
„ Iussio nec poterit terror nec quin furor ullus.
„ Namque mihi Christus semper Deus ore sonabit,
„ Cuius signa gerens excelsa et sticmata porto.
„ Hic mihi semper honor summum decus hereditasque,
„ Cuius sola manet pretiosa et gratia semper,
„ Cuius perpetuum est cunctis obtabile regnum,
„ Divitiisque suis solis ditarier opto,
„ Pro quibus ecce tibi denuntio spernere cuncta
„ Me; mihi quaeque valet Caesar dare munera mundi,
„ Respuo. Nam quoniam quicquid hic continet orbis,
„ Pro Christi regno, pro regni munere Christi,
„ Parvipendo, etiam corpus hoc tradere poenis
„ Nomine pro Christi, vitam quoque ponere laetor.
„ Qui me commisit, totum illi namque reservo
„ Nec dubitare licet, poenis vel morte parata. „

Item aggrestiones praesidis et responsiones sancti martyris.

Talia cum praeses constanter dicere sanctum
Cerneret et fixo corde haec narrare loquelis:

[302] Ut candens *ante corr.* — [305] dabit *supra ras.* — [324] *Corrigendum videtur :* Cui me commisi. *Cf. supra v. 228.* — [327] marrare *ante corr.*

298. Cf. STATII *Thebaida*, VI, 590; Carmen de S. Cassiano, v. 388. — 312, 313. Cf. supra v. 187, 188. — 313. Cf. *Galat.* VI, 17. — 317-318. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 304, 305. — 323. Cf. ibid., v. 306. – 327. Cf. ibid., v. 198.

“ Ergo, „ ait, “ o Quintine, mori vis sorte reorum? „
At quoque Quintinus profert mox talia dictu:
“ Non equidem, praeses, mortem me crede timere,
f. 12v. „ Quam mihi tu poteris gladiis inferre reductis,
„ Est quia vita mihi quam nullus terminus artat. „
Inde deos praeses iurat nectitque deas, mox
Supplitiis saevis Quintinum tradere morti,
Ni venerando deos supplex progressus adoret.
Denegat hoc fieri martyr sanctissimus unquam
Nec se posse deos tales venerarier inquit,
Quos tenet inferni fundus taetra ollaque flammae,
Mortales quondam qui turpia saecla tulerunt,
Daemonia aut, mundum fallunt quae saepius istum,
Dum se quippe deos iactant fallacibus orsis,
Innumeros populos secum mergentia flammis.

De variis tormentis sancti Quintini.

His igitur praeses motus fundo tenus ira
Insontem Domini famulum comprehendere iussit
Et trocleis diris strictim torquere beatum,
Nexibus ut propriis artus vi solveret omnes.
His factis, martyr semper constantior exstans
Flectitur in nullo, quem firmat gratia Christi.
Tunc quoque resticulis compactis undique ferro
Verbera nectit, hians ad rubri sanguinis undas.
Nescit et his flecti, qui nullis cesserat ante
Egregius martyr, sed laudes reddit ab ore
Altitrono regi. Nam nec satis ista fuerunt.
Sulcatum corpus perfunditur omne liquore,
Vulneribus saevis praeses quem miscuit ipse.
Durus nam medicus durum facit esse malagma.
Namque pici calidae candens oleumque adipemque
f. 13. Coniungens, iussit totum perfundere corpus,
Quis gelidis hominem cunctum mox conderet unam
Turgentem crustam, contracta pelle per artus.
Nec satis ista valent Quintinum flectere posse.
Adlatis facibus, mox undique concremat artus,

338 olloque *ante corr.* — 356 *cod.* maligma.

339. Cf. Verg. *Aen.* I, 605. — 343. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 458.

Ut coctus cedat non vult qui cedere crudus.
Sed martyr Domini sanctus, quem coxerat ante
Spiritus introrsus flamma, contempserat omnes.
Sic quoque Quintinum potuit nec vincere praeses.

Responsio beati Quintini.

Incipit interea constanter dicere martyr:
" Me modo iam, praeses, cernis non vincere posse,
„ Nec iussis parere tuis diis tura dicando.
„ Quid tibi cum poenis quas Christus temperat omnes,
„ Ros mihi de caelis praestans et munera certa,
„ Roborat et firmat solidatque fovensque coronat?
„ Nomine pro cuius semper daemonia tempno,
„ Tu quibus incensum sacras veneranter adorans,
„ Nescius infelix quod sis periturus et omnes
„ Talia qui colitis pro Christo numina falsa „.

Ubi praeses sanctum martyrem sinapi, calce et aceto potat.

Valde dehinc praeses stomachatus nectit enormem
Mox furiam, iussitque sibi deferre ministros
Pocula nam labiis semper durissima cunctis,
Quae liquido placuit tristi et miscere sinapi,
Calcis aceti etiam pariter connectere multam.
E quibus una fuit tunc potio fellea gustu,
Vergere in os sancti iussit quam perfidus hostis,
Ut saltim pleno cesset hac ore loquelis,
Quis narrare Deum et iugiter laudare solebat f. 13v.
Et blasphema diis constanter dicere falsis,
Quos coluit praeses, quos praesidis atque ministri
Sed Domini martyr sibimet haec dultia pandit,
Constanterque Deum, potuit quo famine, laudat;
Praesidis infandi cum poenis tempnit et iras,
Attendens caelum, caeli quoque moenia pulcra,
Gaudia sanctorum, necnon sacra praemia vitae,
Quae Christus praestabit eis qui vincere mundum
Et mundi poterunt ponpas, quas tempnere dignum est,
Nomine pro Christi, caeli quoque sorte beata.

369 *cod.* parare. — 370 Christus *add. al. man. sup. lin.*

Ubi praeses beatum Quintinum validis catenis ligat.

Martyris at praeses cupiens differre beati
Cum poenis mortem, cum morte et praemia Christi,
Pondere praegravidas iussit deferre catenas
E quis colla manus Quintini nectere strictim
Iusserat infelix hostis torvusque tyrannus,
Nescius ille miser quod nollet hostia Christi
Exire ex manibus lictorum more latronum,
Quos premit introrsus turpis mens conscia facti.
Taliter ergo trai vinctum strictumque catena
Iusserat Ambianis eductum militis ira,
Prosequeretur eum dum praeses perfidus ipse.
Ast ubi deductus ter denis milibus esset,
Augustam veniens, quam nunc sanctissimus ipse
Corpore sacrato inlustrans facit esse coruscam,
Iussus ibi est, faciente Deo, exspectare tyrannum,
Ut locus ille pio perfusus sanguine sancti
Mundior effectus Christo sacretur in aevum.

f. 14.

Ubi praeses Augustam veniens sanctum martyrem ferro undique configi praecepit.

Tunc veniens praeses sanctorum maximus hostis,
Postquam lucifluos mundo sol sparserat ortus
Alterius diei perlustrans tempora flammis,
Sistere namque suis Quintinum vultibus atris
Militibus iussit, vinctum quem forte tenebant
Artius et ferro strictum validaque catena;
Flectere nempe putans iam tunc certamine sanctum,
Terreri poterat qui primis valde flagellis
Ad cupitos sensus; sed non haec talia martyr
Sentit amando Deum, cui se devoverat olim.
Et tamen adgreditur primo sermone suavi
Persuadere quidem; post haec terroribus urguet
Quintinum parere sibi, qui fortius ante
Restitit in faciem, nunquam se cedere profans.
Taliter infelix iudex horrendaque pestis,

[420] poterat quimis *ante corr.*

403. Cf. Verg. *Aen.* I, 604. — 414. Cf. Iuvencus, III, 293. — 422. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 427. — 426. Cf. *Galat.* II, 11.

Dum putat egregios sensus reflectere posse,
Victoriae fuerat cui iam tunc palma parata
Pro meritis magnis magna et virtute laboris,
Vincere qua voluit cum poenis atque tyrannum.
Quae praefectus inesse animo cum cerneret almo
Nec se posse quidem Quintinum verbere verbis,
Disponit multare malum, poenasque paratas
Excogitat : veribus ferri transfingere sanctum.
Undique namque animam forsan si tangere posset,
Perquirit ; victor fieri sic denique certat,
Ut vincens animam superet, qui corporis artus
Vincere non potuit poenis, nec flectere verbis.
Martyris ast animus firmatus munere Christi
Erubuit vinci, corpus cum vicerit ante. f. 14v.
Vincere nam corpus sed sepius † vincere gestit ;
Perseverat superat tolerat patiturque tyrannum.
Regius at miles sic caeli moenia spectat
Atque intrare quidem gaudet post praelia tanta
Valde triumphator, gessit qui insignia Christi.
Sancti qui soliti semper sunt vincere mundum,
Aestimat hinc praeses Quintino taliter actis
Tunc illum superasse quidem multosque per orbem.
Dic mihi, dic praeses, Quintini pessime tortor,
Quid gaudes laetando putans vicisse beatum,
Quem rigidum cernis confossum crebro per artus ?
Non sentit parere tibi, sed vincere nunc te
Corpus dando tuis poenis animamque supernis
Sedibus, ad caeli mittens pia moenia regni,
Quo tuus haut gladius poterit contingere tractus
Caesareusque furor nullus nec lictor iniquus.

Ubi praeses sanctum Quintinum plecti capite iussit.

His factis, praeses potuit dum vincere nec sic
Saepius et victum tali se sorte doleret,
Munere Quintinum plecti quoque vertice iussit.
Tunc famulus Domini totus quoque victima Christi

[433] *Corrigendum videtur* flectere verbis; *cf. infra v. 439.* — [434] *Forte corrigendum est* mutare; *tum vero interpungendum est post* paratas, *non iam post* malum *nec post* excogitat. — [447] *Forsan hic versus post v. 449 collocandus est.* — [460] Mumere *cod.*

429-430. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 399, 400. — 450. Cf. aliud Carmen de S. Quintino (*BHL.* 7010), v. 106.

Dum trahitur, nec vox resonat nec murmure verbum.
Insons atque animo simplex velud agnus ad aram
Ductus progreditur, laetus spe gaudet ad oram
Temporis esse sui perventum, qua Deus illum
Ex manibus gladii iam iamque ad sidera nisum
Susciperet caelo iungens per saecula sanctis.
Postulat interea lictores martyr ut olli
f. 15. Orandi spatium Dominumque Deumque precandi
Concedant pro sat magno tunc munere parvum.
Quo concesso, equidem mox se prostraverat arvo;
Dicitur et verbis tunc talibus esse locutus.

Oratio sancti Quintini.

“ O dominator „, ait, “ summi patris unica proles,
„ Deque Deo Deus et sanctum de lumine lumen,
„ Principium mundi superas, qui conscius aevi
„ Es longi, quoniam nullus te terminus artat,
„ Te precor et supplex, auctor pietatis, adoro,
„ Quem quoque confiteor quem semper corde retento,
„ Hoc cui tradideram corpus, nunc valde libenter
„ Offero namque animam, quam tu, rex o bone, Christe,
„ Suscipe corporeis abeuntem sordibus istis,
„ Longius hautque sinas istic me vivere linquens;
„ Eripe sed potius animam de corpore mortis
„ Vulneribus miserando meis, quae saevia gesto,
„ Qui vivis regnasque Deus per saecula semper „.

Ubi sanctus martyr gladium suscipit.

His dictis, cervice data, lictoribus inquit:
“ Ecce ego, perficite quod praeses dixerat ante „.
Tunc gladium suscepit ovans sacra victima Christi,
Perfusus liquidis proprii mox sanguinis undis;
Emittens animam de corpore celsa petivit
In spetie volucris, candentis namque columbae;
Cernere quod licuit multis, qui forte fuerunt
Tunc iuxtim, percelsa polos penetrando supernos.

[462] murmere *ante corr.* — [466] *cod.* misum. *Cf.* VERG. *Georg.* II. 427: ad sidera .. nituntur. — [470] Condant *ante corr.* — [476] nulus *cod.*

463. Cf. HIEREM. XI, 19. — 464. Cf. *Rom.* XII, 12.

Ubi Quintinum vox de caelo sonuit.

His factis stupuere quidem, mirantibus atque
Vox vehemens de nube ruit de et sede superna :
„ O Quintine meus famulus, nunc ecce venito.
„ Suscipies etenim meritorum sorte coronam,
„ Quam tibi pro factis magnam dignamque paravi. „ f. 15v.
Sic Domini miles, sic supplex denique servus
Celsa petit regnumque poli penetrando per auras
Suscipit aeterno victurus munere in aevum.
Namque anima caelum sortita est, Somina corpus,
Redditura tamen, Christo praestante magistro,
Undeties lustris annorum sorte peractis.
. . . .
Quod caelos non posse quidem nec velle supernos.
Poscimus ergo habeat Quintinum semper in aevum
Sedibus aeternis dignum palma atque corona
Aeternae vitae sanctis per saecula iunctum.

Terminatio operis praecedentis.

Haec trancursa tuis donis sunt, Christe, benignis,
Pandere quis placuit perfecti militis actus
Ob laudes, venerande, tuas et praemia sancto
Quae dare Quintino voluisti redditor aequus.
Pro meritis magnis pro magno et valde labore,
Parcere qui sprevit pro te sibi iunctus amore
Nominis, alme, tui corpus dans sacram animamque,
Ut caelis vivens terram virtutibus ornet
Muneribusque tuis ditatus in orbe choruscet
Dignius et tanto, quanto olim indignius ipse
Est habitus patiendo mala et sat dura ferendo.
Cuius tu precibus nobis miserere, rogamus,
Qui regnas sine fine Deus per saecula cuncta.
Sit tibi laus et honor virtus decus imperiumque
Cum Patre, Christe Deus, semper cum Flamine sancto.

[495] de (*post* ruit) *additum est sup. lin. man. pr.* — [505] *Ante hunc versiculum videtur aliquid excidisse.* — [505] *In cod. facta est interpunctio post* Poscimus, *neque vero post* supernos. — [512] Quae dere *ante corr.* — [514] sprevit *sup. ras.* — [519] *cod.* Ast (*rubricatoris errore*).

II

INVENTIO PRIOR S. QUINTINI

f. 17v. **Incipit inventio sancti Quintini ab Eusebia in flumine Somenae.**

Ecclesiam cum namque suam rex Christus ab astris
Cerneret afflictam multisque doloribus actam,
Insuper atque fidem caelesti dogmate cretam
Florigeris factis necnon monstrare loquelis,
Flectitur omnipotens motus pietate serena
Sanctorum populos iam tunc recreare per orbem,
Reddere et hinc pacem confectis valde beatis,
Constituit regnare pios per saecula reges,
Principibus saevis mortis vertigine mersis,
Sub quibus almorum posset requiescere turba

De sanctorum fidentia.

Sanctorum interea, qui tunc latuere per orbem,
Coeperat augeri populus fecundius olim
Gaudenterque pios Christi narrare triumphos
Nobilia atque sui veri praeconia regis;
Semine quin etiam mundum complere sacrato
Verborum, Dominus iussit velut ardua scandens,
f. 18. Ut multos facerent sanctis inmergere limphis
Nomine sub Patris Geniti simul atque deinde
Flaminis aeterni, colitur qui sic Deus unus,
Ob regnum Christi mundi quoque nempe salutem.

De principibus Romanis.

Taliter ergo Deo subiectis omnibus orbe,
Constantinus erat regnum ditione gubernans,
Victori Christo collum qui straverat olim.
Hic genuit ternos fratres, quos miserat omnes
Romani imperii sceptrum gestare superbum,

16. *Act. apost.* I, 8. — 22. Cf. Carmen de S.Cassiano, v. 330.

Praecipiens Christum cuncto venerarier orbe
Huncque Deum caeli terraeque marique colendum,
Quem pater aeternus de se sine tempore natum
Virginis ex utero voluit sub tempore nasci
Subitiens illi mundum mundoque creata.

De virtutibus sanctorum.

Haec igitur princeps mandans servare per orbem
Constantinus obit, genitis sua regna relinquens.
Temporibus quorum virtutes valde choruscae
Sanctorum nituere, Deo praestante, per orbem,
Sanguine qui fuso mundum vicere furentem.
Inter quos Christi Quintinus floruit olim
Egregius martyr, fulgens virtute triumphi.
Cuius honor nomenque simul cum corpore dudum
Abdita sat fuerant, multum certante tyranno;
Ordine quae tali post hanc patuere retecta.

De Eusebia Romana.

Romani regni iam tunc Constantius extat,
Qui Constantino patri successit honore,
Princeps et pariter cum fratribus induperator.
Huius temporibus florens Eusebia Romae
Nobilis atque opibus ditissima sorte parentum
Tunc fuerat, quae valde Deo servirat honore;
Ieiunans crebris donis precibusque benignis, f. 18v.
Luminibus caecata tamen noctisque tenebris
Obsita haec fuerat, Christi pia munia poscens;
Quae et meruit post, dante Deo, virtute chorusca.

De revelatione angelica ad eam.

Namque sacris precibus quadam cum nocte fuisset
Artius intendens, e caelis angelus adstat

[40] hanc *ex corr.*; n *nempe scriptum est sup. ras. Forsan scripserat man. pr., et recte quidem :* haec. — [44] *cod.* Hulus temporibus.

28. Cf. supra ad Carmen I, 265. — 39. Cf. infra, v. 103. — 45. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 96, 262. — 51, 52. Cf. ibid., 98, 101.

Dicitur atque olli tunc talibus esse locutus:
" En tibi de superis veniens, Eusebia, narro
„ Quod tua cum precibus ieiunia donaque Christo
„ Sunt placita, atque tibi restat collatio digna.
„ Attamen ut properes iussit rex Christus ab astris
„ Gallorum ad fines, perquirens ipsius almum
„ Thesaurum limphis mersum taetroque profundo,
„ Quintini corpus sancti, quod scilicet olim
„ Abscondit saevus terris undisque tyrannus.
„ Quod per te mundo pandi cum coeperit, ecce
„ Mox tibi solvetur, lumen reddetur amicum
„ Pro merito facti caelestis munere regis.
„ Et si forte locum tanto de corpore comptum
„ Perquiris, Somena est, Viromandis publicus amnis.
„ Haec ubi namque viam graditur, qua ad moenia castri
„ Lauduni mersam sorbet tegit atque remittit,
„ Illic sacratum corpus cognosce iacere
„ In tantum tantis servat quod Christus in undis. „

De profectione Eusebiae ad Gallias.

Angelus, his dictis, caeli conscendit ad aulam.
At mulier recolens cuncta haec sub pectoris antro,
Gaudet et exultat tanto de famine mirans.
Hinc iterum atque iterum monitor sacer angelus adstat,
Accelerare iubens quicquid sibi iusserat ante.
At mulier veneranda parans mox usibus omne
f. 19. Quidquid ei pariterque suis cognoverat aptum,
Curriculum ascendens propter sua lumina dempta,
Angelico ductu liquit sua regna, peragrans
Gallorum fines, iussit velud angelus olim.
Perveniens locum, quaerit si talia forsan
Quislibet ex acolis compertu nosceret aure.

[54] En tibi de sup *scripta sup. ras.* — [71] Angelicus *ante corr.* — [80] fines *add. sup. lin.*

54. Cf. ibid., v. 102. — 67. *taetri moenia castri* dicta de inferno in Carmine de S. Benedicta, v. 364. — 67-68. Cf. alteram narrationem prosam de Inventione S. Quintini, c. 21 extr. (*Act. SS.*, Oct. t. XIII, p. 792): *ut hoc mihi ostendas, ubi via publica Ambianis veniens et Laudunum pergens Sommam flumen transeat.*— 72. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 94-95 et 341; Carmen de S. Cassiano, v. 280; PRUDENTIUS, *Psychomachia,* v. 6. — 74-75. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 167, 168. — 82. h. e. *aurae,* ut videtur; scilicet: *rumoris.*

De ordine inventionis sancti Quintini corporis.

Ecce senex quidam veniens mox obvius illi
Fatus ait se audisse quidem, sed temporis aevo
Cognita vix cuiquam firmans fore, sed tamen inquit:
“ Talia sunt istic quondam patrante tyranno
„ Gesta, velut patres nobis retulere priores. „
His alacer mulier Christo mox reddere grates
Incipit, atque senem poscit monstrare locellum,
Martyr magnificus quo sit tumulatus in undis.
Inde locum vetulus pandit, velut angelus ante;
Et properat muliere simul venturus ad amnem,
Quo docuit sacrata Deo submersa profundo
Membra iacere diu, saevo tumulante tyranno.
Tunc mulier devota Deo pia viscera pandens
Curriculum linquit, terrae et prosternit adorans
Altithronum Dominum, caeli qui praesidet arce.
Vocibus internis et talibus usa refertur:

Oratio Eusebiae.

“ Omnipotens o sancte Deus, qui machina mundi
„ Ortatur † regitur semper moderamine summo
„ Te peto teque precor te ruri cernua posco,
„ Pande tuum nobis thesaurum flumine tectum
„ Et terris mersum, multum certante tyranno,
„ Martyris egregii clemens sacra membra revelans,
„ Ut tuus ipse quidem promisit nuntius olim.
„ Namque piis liceat venerando amplexibus illum
„ Amplecti, qui tanta tuo pro nomine gaudens f. 19v.
„ Impia sustinuit nulli parcendo dolori,
„ Dignus honore pio donis caelestibus atque.
„ Ad si forte preces nequeunt hoc tale mereri,
„ Perfice dignanter, qui solus conspicis omne
„ Conceptum cordis, semper sanctissime Christe;

[87] velunt *ante corr.* — [99-100] *Quomodo vitium tollatur, non video. An forte:* quo machina m. rotatur, regitur...? — [102] Panda *ante corr.* — [104] *ita sup. lin.;* clens *in linea.* — [105] ipse *add. sub lin.* — [108] parcendolori *ante corr.* — [110] Ad = At. *Cf. supra carmen I, v. 285.*

101. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 172.

„ Obtineatque tuus martyr hoc maximus ipse,
„ Credimus in caelis quem tecum grandia posse,
„ Et merito, totum qui se tibi contulit ante;
„ Qui licet in superis requiescat sorte beata,
„ His tamen est limphis; quem prodere poscimus ecce
„ Conplerique preces, votis famulantibus almis,
„ Te patre praestante haec, quo constant omnia mundi,
„ Qui regnas sine fine Deus per saecula cuncta. „

Elevatio corporis.

His dictis, iam fida Deo tunc surgit ab arvo.
Ad superos palmis pansis Eusebia spectat,
Quid Deus e caelis iubeat de corpore sancto.
Incipit ecce locus motari deinde sub undis
Ebulire simul flumen, crispante per aequor
Limpha; nam Dominus iam tunc virtute benigna
Prodere disponit celatos martyris artus.
Interea corpus tunc sanctum surgit ab imo
Undis subvectum priscum linquendo locellum;
Sicque satis miro deducitur ordine martyr
Usque locum, mulier stabat quo fletibus orans.

Susceptio corporis.

Suscipit hinc igitur felix Eusebia corpus
Basia quam strictim praebens, amplexibus atque
Valde piis iungit gaudens sua pectora sancto.
Tractat et intactum per multa haec tempora corpus;
f. 20. Non vermis, non piscis eum, non denique quicquam
Tangere praesumpsit, Christo servante sub undis.
Non maculare queunt limphae, non terra sub ipsis,
Sed Christi gemmam tamquam servare videntur.
Namque pium corpus multo candore nitebat
Ut decuit sanctum perlautum sanguine Christi.

[117] prodere *add. sup. lin.* — [133] aplexibus *cod.*

121-122. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 169, 170. — 125-126. Cf. narrationem prosam, c. 23 (*Act. SS.*, Oct. t. XIII, p. 793): *crispantibus undis.*

Emersio capitis.

Haec muliere suisque simul mirantibus, ecce
Advenit atque caput sacrum gestantibus undis
Tergo nimphali, magna et virtute Tonantis,
Corporis usque locum. Quod mox Eusebia noscens
Suscipit et laetans tanto de munere Christi
Obtruncis etiam membris caput aptat honore,
Linteolisque suis convolvens munia tanta,
Advehit Augustam † iuxtāquę tunc fuit illic
Villa. Deinde volens Viromando ponere castro,
Aggreditur cupiens feretrum cum corpore sancto
Ferre loco; sed valde Deus hoc fixerat ante
Pondere nempe gravi, tensit quia linquere martyr
Rura cruore suo quondam mercata sacrato.
Quod pia cum mulier noscit, mox ipsa reflectit
Laeta suos animos post tales martyris orsus.

De sepultura sancti Quintini et de inluminata Eusebia.

Hinc igitur felix matrona Eusebia fundum
Accipiens pretio, certat componere templum
Atque locum sancto tali sub tempore dignum
Inde sepulturam procurat munere qua . . .
Tunc ponit ponitque ʳ... ʳū sub cepʳ. . . .
His quoque perfectis rec . . u' . . . . .
Quis caruit pro' . . . .
Martyris eg . . . .
Tunc etiam fulsere satis miracula Christi f. 20v.
Multorum in causis, quos saeva aerumna tenebat.

[149] *Forsan corrigendum :* iuxta quam. *Cf. infra notam ad h. v.* — [160-64] *Lacera est membrana in ultima parte folii; non tamen excidit versiculus ullus integer.* — [160] *Forte supplendum* sacrum sub cespite corpus. — [162-64] *His narrabatur utique sanatio Eusebiae caecae. Cf. narrationem prosam,* c. 24 (*Act. SS.*, Oct. XIII, p. 793).

144. Cf. eandem, ibid.: *tergum unda praebente.* — 149-150. Cf. eandem, c. 24 (ibid.): *Acceptum beatissimum corpus linteaminibus involvit, et Viromandensium castrum, quod ab eo loco quinque fere milibus distat, reverender tumulandum advehere disposuit.* — 153. i. e. *tempsit, contempsit.*

Sic igitur miles, sic martyr denique Christi
Lumine candifluo coepit fulgere per orbem.
His igitur matrona Deo sacrata peractis,
Reliquiis sancto secum de corpore sumptis,
Exultans remeat donis pro talibus ipsi
Concessis pietate Dei precibusque beati
Martyris; ad cuius diros de corpore sudes
Extractos Romam magno pro munere portat,
Quos animam fixit dudum quaerendo tyrannus,
Corporis afflicti posset si forte latentem
Cum carne hanc pariter horrendae tradere morti.
Insuper atque diem, quae noctem gesserat ante,
Sacra refert mulier gaudens iam luce iocunda;
Nec solitam praebere manum sibi postulat ullum,
Ipsa suos gressus moderans iam protinus omnes
Exsolvit Christo grates iubilosque perhennes.
Sicque domum regressa venit sua gesta recensens;
Narrat ad augmentum divinae laudis in aevum,
Luminibusque probat propriis quae promit apertis,
Scilicet aeterni regis per saecula Christi
Imperium nomenque simul florere per orbem,
Ipsius atque cruci subiectum cardine mundum.
Addit et his sacros Quintini ex ordine gestus
Quis sit, quis meritis . . . seu quosque triumphos
Qua clarus r (?) . . . . unere xr . . .
. . . . ~u . . . . rbi
. . . . sanctum
. . . . 'emptor
f. 21. Christe patris summi divina atque unica proles,
Rex pie, rex sanctus, regum rex obtime semper.

[167] Hic igitur *cod., rubricatoris sane errore.* — [170] sumpsit (?) *ante corr.* — [172] Concessi *ante corr.* — [173] ad cuius *corr. manu pr., ut videtur* (= At cuius... ? *cf. supra, v. 110*); ab cuius (?) *ante corr.* — [177] cane *ante corr.* — [179] culuce *cod.* — [181] Ipse *cod.*; omẽ *cod.* —[190-194] *Vid. supra ad v. 160-64.* — [191] [m]unere χρ[isti], *ut videtur.* — [194] redemptor, *ut videtur.*

III

INVENTIO S. QUINTINI ALTERA

Magnum nostra fides, noster et ord**O**, f. 22v.
Ascensum capit hinc cum meditatu**R**
Rectorum merita prodere lingu**A**,
Tardum quae reparant pectus et ornan**T**,
Instantemque animum rite serenan**T**.
Regnum namque poli hac capis art**E**
Cum nisus fueris famine et act**V**
AEternos aditus volvere ment**E**,
Laetum et cum patribus prendere lume**N**,
Ingens quo redolet martyr honor**E**.
Cuius gesta sacra iure canuntu**R**
Omnes per populos voce sonor**A**.
Laus est martyribus psallere carme**N**
Ac miracla simul promere verbi**S**,
Sanctus quis resilit miles in astri**S**.
Verum non decet haec nos reticer**E**
Sanctorum merita, quae venerantu**R**;
Caelorum proceres nobile cant**V**
In terris et homo sentit. Ab ort**U**
Patrum quippe decus emicat ut so**L**
Et hoc tendit homo cernere vis**U**
Monstrarique sibi iura saluti**S**, f. 23.
Ut sacro pateant mira boat**U**.
Nunc stillo tenui cudere fame**N**
Ultra me incipio; sed, bone Ies**U**,
Sis verbum mihimet, parce miselli**S**.

Praefatio.

Carmine dulcisono quosdam cognovimus actus
Martyris egregii Quintini sat reseratos:
Sed non ad finem ductos perspeximus omnes.

[9] pendere *ante corr.* — [19] *Versus in margine additus est al. man.* — [27] *ita corr. man. rec.;* dulcissimo *man. pr.*

Acrostichis efficiuntur versus duo ceteris similes: *Martir caelicola suscipe munus. — Orat te venerans servulus unus.*

Ordo martyrii nam floret stemate pulchro,
Et quod ab Eusebia relevatur fluminis unda.
Haec qui composuit post se memoranda reliquit
Qualiter Eligius praesul pietate serenus
Martyris e gremio telluris menbra revexit.
Amborum prece confisus haec promere tempto,
Illorum merita pateant quo carmine compta.

Narratio.

Bis legimus fraudatum humanis visibus almum,
Et bis hunc scimus divinitus esse repertum;
Re tamen haud sine qua rursum celatur in antro.
Idcirco decet hoc paulisper commemorare.
Nam Diocletiani nec non lue Maximiani
Gesta ferunt dura Quintinum caede peremptum;
Unde fuit tectus pelago sanctissimus ipse.
Sic per quinquaginta dehinc et quinque per annos
Usque ad christicolas augustos valde serenos,
Qui patre christicola Constans, Constantius alter
Nomine sunt dicti, fautores omnipotentis,
Quique fide pleni duxerunt tempora saecli.
Pos quos Iulianus consurgit caesar iniquus,
Qui furtim viguit, nulli miserando pepercit.
f. 23v. Hic mucrone suo sanctorum milia stravit,
Sed non pro meritis hinc indonatus abivit,
Dum fertur saevus divino fulmine fossus.
Cuius temporibus ruit aecclesiasticus ordo,
Coepit et in praeceps divinus vergere cultus,
Ceu vi ventorum ad terram ruit arbor opaca,
Caespite cum tenui fuerit submissa parumper.
Undique per populos valido maerore repletos,
Pro dolor, heu, multum male vera fides titubatur;
Membra beatorum traduntur in oblivionem.
Ob hoc mirifico martyr fraudatur honore,
Et patrum excubiae penitus resecantur ab orbe.
In tantum fraus haec viguit crevitque per orbem,
Martyris ut nemo cognoscere membra valeret;

[30] *Fortasse corrigendum :* scemate. — [44] *cod.* quiquaginta. — [49] Post *corr. man. post.* — [50] nullum *ante corr.* — [63] creveritque *ante corr.*

41-42. id est : Nam Gesta ferunt Quintinum dura caede peremptum esse ab ista lue Diocletiani et Maximiani. — 53. Cf. Carmen de S. Cassiano, v. 104.

Quippe solo tectus trecentos ferme per annos
Bis denosque simul iacuit non notus ab ullo,
Inmemor humanis, notus conspectibus almis.
Sed tamen hoc Christi constat moderamine gestum,
Scilicet ut populis foret ignorantia caecis
Luxque bonis esset signis patefacta choruscis,
Atque animos toties nova gaudia laetificarent,
Martyr hic e caelo quoties sua ferret ab imo,
Monstrans miraclis cum quo iam regnat in astris.
Nam tantum latuit, donec condignus adesset,
Sacrum qui manibus posset contingere corpus,
Esset et a populis iam mens truculenta subacta.
Ergo Dei pietas hominum misererier optans,
Condignum misit, sacra corpora qui relevaret,
Pontificem Eligium Viromandensi ac Noviomensi.
Hic retinens lustrabat ovans loca christicolarum,
Inquirens iugiter qui cultus et ordo mearet.
Affuit extimplo divini nominis ardor f. 24.
Ac meritis merita iunguntur honore sacrato,
Dum relevantur humo sanctorum membrula digno.
Iustos sancta beant, sed iniquos sat male dampnant.
Tangens nempe sacra sanctus bene sanctificatur;
Impius e contra bona tangens valde gravatur.
Inditium est Iudas, Dominum qui tradidit olim.
Isdem igitur praesul peragens quod coeperat apte,
Ac primum veniens augustam ad martyris aedem,
Sollicite inquirit tanti patris actus honestos.
Repperit hos comptos meritis sub nomine Christi;
Sed nutu Domini stimulatus pastor opimus,
Quem dignum meritis ignotum sentit in arvis,
Inde palam clamat non esse ibi quo colebatur.
Saepius haec repetens, animo hunc perquirere volvit,
Qui licet in terris tegeretur pulvere vili,
Iam tamen aetherea ceu sol flagrabat in aula.
Consilium fratrum super hoc sibi quaerit adesse.
A quibus obicitur quondam quod contigit uni,
Nomine Maurino sic dicto, valde protervo, —
Nomen cum vita bene concordaverat illi;

[70] *Totus versiculus additus est a corr. intra lin.* — [90] *Forsan scribendum* **Augustam**, *scilicet* Viromandorum. — [95] (p. c.) palamat *ante corr.* — [96] anihunc *ante corr.*; uoluit *cod.*

88. Cf. Matth. x, 4; xxvi, 25, etc.

Namque sonat nigrum monstratque operacio furvum. —
Hic etenim rigidus, fungens tumide atque inhoneste
Sortilego officio, cantoris honore tumebat,
In foribus regis nimiumque superbus abibat,
Exterius fulgens, valide interius tenebrescens.
Escę † lecta fuit ceu nos docet exitus huius,
Qui, ut Dominus dicit, solet ut bos mandere fenum.
Talis cumque foret, populis sic saepe solebat
Alloquier, iactans venerandi militis antrum
f. 24v. Esse scire bene pariterque hoc prodere posse.
Sed nitidus digno servatur munere celso,
Impius atque pio divellitur ordine sacro.
Quid plura, adgreditur patrare opus exiciale;
Quin fodiens pavimenta domus terebrante ligone,
Mox nutu Domini poenas luit improbitatis.
Ambae quippe manus stivae inhaesere ligonis;
Extimplo e manibus vermes bullire videres
Ac miserum hucque illuc volens putrescere corpus.
Hac lue multatus defecit sole sequenti
Expirans graviter, quia coeperat inreverenter;
Quodque tumens coepit, sub tali fine reliquit.
Ob hoc per populos validus timor ęxit ubique;
Atque ex hoc latuit per plurima tempora martyr,
In tantum quo nemo hominum hunc perquirere vellet,
Quamvis vitae aliquis laudabilis esset in arvis,
Praeter pontificem Eligium, ceu diximus ante.
Hic certe solio confessus pontificali
Testis praecipui redimitum pignere tectum
Saepe revisit ovans, aures Domini prece pulsans,
Ut claram populis gemmam monstraret ab imis.
Visendi interius lux otius affuit olli;
Qua perdoctus ait non esse ibi membra beati,
Quo colens populus persolvens munia laudis.
Tandem divina fretus virtute repente
Per pavimenta domus passim temptans properatur,

[109] hos *ante corr.* — [129] *Corrigendum puto*: consessus.

108. In Vita S. Eligii, quam sequitur poeta noster, haec de homine illo: *Extitit quidam vir improbus, vocabulo Maurinus, ut videbatur populis habitu religiosus, cantor in palatio regis laudatus, atque ex hoc, ut rei docuit exitus, mente tumidus, corde protervus atque actione dissipatus. Qui audacia praesumptionis suae deceptus, coepit...* — 109. Cf. Dan. iv, 21, 29, 30? *Num.* xxii, 4? — 130. Vid. supra ad Carmen I, v. 66. — 131. Cf. Carmen de S. Cassiano, v. 55. — 135. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 74 *(persolvens munia laudis)*; vid. et supra Carmen I, v. 5.

Sicubi sacratos posset nanciscier artus.
Ast cum nulla foret tumuli via repperiendi,
Coepit destitui populorum voce gementum,
Cum luctu super hoc Maurini gesta fatentes, f. 25.
Hortantes pariter poscentes parcere coepto.
Cumque diu vulgi pertaesus fletibus esset,
Suspirans talemque trahens a pectore vocem,
Altius ingemuit, tandemque adstantibus infit :
“ Fratres, quandoquidem, peto, desinite ista fatentes;
„ Fastiditis enim; sed ad haec certare decebat
„ Continuis precibus, Domino pia vota ferendo.
„ Namque ego factorem vobis pronuntio credens
„ Membra diu patris tanti non esse sub arvo;
„ Sed licet indigno tamen haec mihi pandere credo. „
Saepius haec replicans indicit fratribus una
Carpere cum lacrimis ieiunia trina verenter,
Atque unum Dominum pariterque exposcere trinum.
Tum primus queritans se voto strinxit honesto
Non prius in terris se quicquam sumere panis
Quam sibi thesaurum caeleste ostenderet arvo,
Qui regit omne quod est solus sine compare, Iesus;
Cum quo nonnunquam fabatur more loquentum,
Sic velut in domibus loquitur famulus seniori.
Ergo instans operi quod coeperat, omnibus inquit :
“ Vos moneo, fratres, mecum modo poscere Christum,
„ Atque fidem verbis sotiantes dicite cuncti :
„ „ Qui es mundi factor, nostri miserere, redemptor,
„ „ Ostendens populis membra obfuscata tenebris
„ „ Mirifici testis tecum loca celsa tenentis. „ „
Sic fatur lacrimans, Dominumque precatur adorans
Poplitibus flexis ac toto acumine mentis :
“ O Deus omnipotens, caelestia lumine complens,
„ Aethere qui residens pariter terrena gubernans f. 25v.
„ Quadrifidumque orbem iusto moderamine pensas,
„ Et nunc hos reprimis, nunc illos scandere cogis,

[138] *cod.* Sit ubi. *Addidit man. post. sup. lin.* : una pars. — [141] *cod.* luctus. — [150] arva *ante corr.* — [170] *Forsan corrigendum* : gubernas.— [172] horeprimis *ante corr.*

144. Cf. Verg. *Aen.* I, 371. — 149-151. In Vita Eligii ita : *Nam ego credo in creatorem meum, quod me non dignabitur tanto thesauro... fraudare.* — 167. Cf. Verg. *Aen.* VI, 1. — 168. Cf. Carmen de S. Cassiano, v. 388; vid. et supra, Carmen I, v. 298. — 171. *Quadrifidum orbem* dicit etiam Heiricus, *Vita S. Germani*, lib. III, praef. v. 30 (*MG.* Poet. lat., t. III, p. 461). — Ibid. *Iusto moderamine pensas.* Cf. Carmen de S. Cassiano, v. 525.



„ Es quoniam iustus, disponens omnia iuste;
„ Nam quia cuncta vides, proprio discrimine servas
„ Quaedam quae peragis merito et quae subtrahis aevo,
„ Ut sint cuncta tuis in tempore subdita votis.
„ Ergo tuum proprium misereri et parcere scimus.
„ Idcirco populus respirat ad aethera tendens.
„ Imple, Christe, meum, peto, quod desidero votum,
„ Quintinique pii tu nobis pande sepulchrum.
„ Namque scias, qui scis praesentia prisca futura,
„ Quod, nisi thesaurum tantum mihi proderis, ipse
„ Non plus interero populos nec pastor abibo;
„ Exul quin potius procul ab hac plebe recedam
„ Quo dignum est; moriar cum bestiis belua iunctus.
„ Posco quippe hominem quod spiritus est huic unus
„ Qui est medius superis nec non terrestribus imis;
„ Idcirco sociabo imis, quia celsis undique privor.
„ Iudiciumque tuum spectabo, rex bone, Christe,
„ Ut spoliatus homo vel sic cernatur ab illo
„ Spiritus ipse meus, quem non sum cernere dignus,
„ Cum fuerit fragili velamine carnis opertus. „
Dixerat, et coepto rursum ferventius instat,
Corde Deum poscens, manibus pia menbra requirens.
Cumque diu passim temptans plebs consona abiret,
Atque aliqui ex illis rimarent infima ruris,
Vir Domini nutu fidenter convocat omnes,
Ostenditque locum, qui suspitione carebat,
f. 26. Exortans cunctos, sic omnibus infit ovanter :
“ Eia nunc, fratres, huc cuncti vertite mentes,
„ Sitque laborantum locus istic omnibus unus. „
Inde cavare solum cuncti coepere repente,
Optantes monitis tanti parere patroni.
Cumque decem pedibus tellus perfossa haberetur
Seu plus, ima solique profundius inspicerentur,
Rursum deficiunt, taedio cogente priori;
Omnis spes fugit huius corporis inveniendi.
Tertia praeterea siquidem nox cum remearet,
Ipsaque iam medio cursu taeterrima adesset,

[177] simus *ante corr.* — [183] *corr. sup. lin.* vel (popul)i(s). — [190] humo *corr.* — [200] *cod.* vertice. — [203] patronis *ante corr.*

177. *Deus, cui proprium est misereri semper et parcere*... ita incipiunt antiquae orationes liturgicae, v. g. in Sacramentario Gregoriano et saepe alibi. — 188. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 363 *(sociabis)*.

Amfibalo abiecto, praesul de more ligonem
Arripuit, totus Domini moderamine fultus,
Cerea cum lichnis stabant flagrantia passim.
Viscera telluris rastro tunc vellere certat;
Sed latus appetiit, declinans ima cavernae.
Post haec paulisper percusso pariete fossae,
Otius invenit cumbum sat quippe vetustum,
Quo nitidum Christus servarat ab aethere corpus,
Inde pius pastor gaudens pro munere tanto
Perfusus lacrimis grates persolvit et odas.
Denique cum tumuli audacter latus ipse ferisset
Sarclo, quem manibus compendo opus ille gerebat,
Confestim e tumulo rupto pariterque forato
Exit odor multus nimio cum lumine mixtus,
Ut vix praesul ovans gemino subsistere dono
Posset perculsus tantoque ex munere laetus.
Namque globus lucis de mausoleo ferientis
Ictu procedens micuit super aera fulgens
Ac noctis tenebras praeclara lampade vicit, f. 26v.
In tantum ut non nox, sed lux phaebea diei
A cunctis putaretur ibi, qui tunc vigilarent.
Partem etiam istius regionis lumine lustrans
Extinxit tenebras, perfundens luce catervas;
Quod populi signum multi dixere choruscum.
Hoc penitus factum qui noscere non valuerunt,
Stabant solliciti mirantes atque stupentes.
Fertur et affines, qui talia non sapiebant,
More hominum sibi tunc sollicitum perquirere victum,
Sicut saepe solent, cum sol rubicundus in ortu
Fulserit in terris. Verum lux ipsa repente,
Ut merito venit, sic signo nempe recessit.
At nox praefurvas retulit sat densa tenebras.
Tunc sacer Eligius, comperto corpore sacro,
Gaudens cum lacrimis laudes dedit Omnipotenti;
Membra suis chelis relevat, simul oscula iungens.
Ima dehinc fossae linquens transvexit ad alta,
Reliquiasque sibi cupidas de corpore sumpsit;
Inter quas vellit dentes languoribus aptos.
Sed mox eximium miraclum fulsit ibidem.
Nam cum pertraheret dentem radicitus unum,

[221] *Forsan corrigendum* : complendo. — [240] sic *add. sup. lin. man. pr.*

214. In Vita Eligii ita : *ima fossae declinans...* — 244. χηλαῖς = brachiis.

Confestim rosea exivit gutta una cruoris.
Clavos, quis legimus perfossos martyris artus
Consimiles veribusque in mortis tempore fixos,
Abstraxit laetus sibimet pro pignere servans.
Hinc capitis crines praepulchros conligat ostro
Ac pro reliquiis sub sacro agalmate inquit.
Membra patris tanti hinc sotiat ratione fideli
f. 27. Atque in oloserico recludit honore sacrato.
Taliter exornans ea retro altare reponit
Gemmis praeterea redimittam auroque venustam
Composuit tumbam gemino plus munere comptam.
Namque foris clarum fulgebat et intus honestum :
Praesul de meritis martyrque ex praesulis actis;
Taliter acta hominum divinis iuncta beantur.
Basilicam tandem, nimium quae parva habebatur,
Ampliat exaltat reparat distendit et hornat.
Tunc praesul nitidus secum pia pignera sumens,
Artubus e sanctis pridem quae traxerat isdem,
Plurima per mundum loca condivit benedicens ;
In quibus eximiae virtutes munere Christi
Luce micant et fine carent ac laude choruscant.
Hic caeci visum capiunt, claudi quoque gressum,
Auditum surdi, verbum prendunt ibi muti.
Undique laus Domini iubilatur voce sonora,
Sanctis qui tribuit meritum per saecula vivax,
Apud quem, martyr, tantus cum praesule regnas.

Obtineat meritis veniam, concedat et illu **D**
Temporibus nostris, tribuit quod patribus ips **E**
Gloria, laus caelo, grates dicantur et isti **C**
Eterno Patri, superis qui continet im **A**
Rex cum quo Genitus, similem sanctum quoque Flame**N**
Omnipotens colitur, qui trinus et unus in alt **O**

Explicit.

[251] perfosos *ante corr.* — [253] pignore *corr. man. post.* — [255] *Forsan corrigendum :* linquit. — [266] pignora *corr. man. post.* — [272] *cod.* predunt. — [273] vel sorona *add. sup. lin. al. man.*

254, 255. Ita in Vita S. Eligii : *Capillos etiam pulcherrimos reliquiis separatos delegavit.* — 265. Cf. Carmen de S. Cassiano, v. 58. — 271, 272. Cf. Carmen de S. Benedicta, v. 163. — 273. Cf. Carmen de S. Cassiano, v. 68, 305.

CATALOGUS

CODICUM HAGIOGRAPHICORUM GRAECORUM

BIBLIOTHECAE MONASTERII DEIPARAE

IN CHALCE INSULA

Priusquam ad verum laboris propositum veniamus, pauca de monasterio Deiparae in Chalce insula (1) positum praemittere liceat (2). Ineunte saeculo XV (3) a Iohanne Palaeologo VIII imperatore cum ecclesia sancto Christi Praecursori dedicata conditum et ob eam rem Sancti Iohannis monasterium appellatum est. Deinde postquam ibi Mariae Comnenes, Iohannis imperatoris uxoris, sumptibus sacra B. Mariae Virgini aedificata est ecclesia, patrono mutato, monasterium Deiparae (Μονὴ τῆς Θεοτόκου) nomen accepit (4). Quod, anno 1672 igni absumptum, a Panagiota Vicosio, primo Sultani interprete, anno insequenti restitutum, usque ad 1772 stetit; quo tempore labefactum, rursus ab Alexandro Hypsilante, qui litteris sigillo Patriarchae Byzantii signatis ius eligendorum higumenorum possessionemque aedificii accepit, refectum est. Illud tandem anno 1831 graeci mercatores regiae urbis, Patriarcha consentiente, in scholam graecam converterunt (5).

Codices et multa pretiosa cum huius tum alterius monasterii ab eodem Palaeologo conditi, quae post incendium huc allata erant (6), diu neglecta, ordinanda curavit quartus scholae rector B. Koutloumousianos, ut ipse in opere suo testatur (7), codicumque catalogum perbrevem ab eo confectum edidit

(1) Sic ex metallis aeris (χαλκός) ibi quondam effossis nunc etiam *Halki* (Χάλκη) appellatur insula, quae in Propontide 120 circiter stadiis a Byzantio distat. Est una ex novem insulis quae *Principum insulae* dicuntur. De illis cf. G. SCHLUMBERGER, *Les Iles des Princes*, Paris, 1884 (de Chalce, p. 102 et sqq.). — (2) De illo monasterio v. plura : Ὑπόμνημα ἱστορικὸν περὶ τῆς κατὰ τὴν Χάλκην μονῆς τῆς Θεοτόκου..... ἐκ πολλῶν μὲν συλλεγὲν παρὰ Βαρθολομαίου Κουτλουμουσιανοῦ τοῦ Ἰμβρίου. Ἐν Κωνσταντινουπόλει, 1846. Ἡ ἐν Χάλκῃ Ἑλληνεμπορικὴ Σχολή, ὑπὸ Ξ. Δ. Μογέ. Ἐν Κωνσταντινουπόλει, 1875. — (3) Circiter 1430 p. Chr. Cf. Ξ. Δ. Μογέ, *op. c.*, p. 30-33. Hoc monasterium saeculo XV antiquius et a Iohanne Palaeologo VIII imperatore tantum refectum esse putat SCHLUMBERGER, *op. c.*, p. 107. — (4) Cf. Μογέ, *op. c.*, p. 33. Dicitur etiam Μονὴ τῆς παναγίας, vel modo Ἡ παναγία. — (5) Ea schola Ἑλληνικὴ ἐμπορικὴ σχολὴ Χάλκης, vel Ἡ κατὰ Χάλκην (vel ἐν Χάλκῃ) ἑλληνικὴ ἐμπορικὴ σχολὴ nunc appellatur. — (6) Cf. Μογέ, *op. c.*, p. 34, finis. — (7) Βαρθολομαίου Κουτλουμουσιανοῦ *op. c.*, p. 129.

Mogé (1) anno 1875, quando nonnulli codices iam sublati erant. Denique post annum 1885, quo A. Papadopoulos Kerameus v. cl. bibliothecam scholae lustravit, Antonius Rotas, qui bibliothecae praefectus erat atque etiamnum praeest, cuique maximas gratias habemus, A. Papadopoulo Kerameo duce, catalogum (2) sua manu exaravit. Quo quidem usi sumus in hoc brevi conficiendo elencho, codicibus tamen singulis, qui Vitas sanctorum complectebantur, iterum accurate excussis secundum Bollandianorum rationem. Littera B de more designatur *Bibliotheca hagiographica graeca*. Homiliarum quae sensu presso hagiographicae non sunt sola initia exscribere satis habuimus.

Dr. Ios. BOYENS.

Arluni, mense februario an. 1901.

Codex 6

Membraneus, foliorum 236, 0m,355 × 0m,26, binis columnis saec. XI (praeter folia duo insiticia) exaratus, tabulisque ligneis pelle rubra contectis compactus. Inde a folio 198r manus altera priorem excepisse videtur.

Foliorum 1 legitur : Πίναξ ἄριστος τοῦ παρόντος βιβλίου.

1. (Fol. 2-7v). Μαρτύριον τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Βαρβάρας. = B 2. Dec. 4.

2. (Fol. 7v-77). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Σάβα. Dec. 5.

Inc. Οὐδὲν οὕτω κινῆσαι ψυχὴν εἰς ἀρετῆς ἐπιθυμίαν ἀνυσιμώτατον — Des. καὶ οὕτω πάσης τοῖς αἱρετικοῖς παρρησίας λοιπὸν περιαιρεθείσης, αἵ τε τοῦ θείου Σάβα λαῦραι καὶ πᾶσα σὺν αὐταῖς... ἀμήν.

3. (Fol. 77-99v). Βίος καὶ πολιτεία καὶ μερικὴ θαυμάτων διήγησις τοῦ ἐν θαύμασι περιωνύμου Νικολάου, ἀρχιεπισκόπου Μύρων τῆς Λυκίων ἐπαρχίας. = B 4.

4. (Fol. 99v-108v). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἀμβροσίου ἐπισκόπου Μεδιολάνων. = B 2a. Dec. 7.

5. (Fol. 108v-113). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Παταπίου. = B 1. Dec. 8.

6. (Fol. 114-137). Μαρτύριον τῶν ἁγίων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων Μηνᾶ, Ἑρμογένους καὶ Εὐγράφου. = B. Dec. 10.

7. (Fol. 138-171v). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Δανιὴλ τοῦ στυλίτου. = B. Dec. 11.

(1) Cf. Μογέ, *op. c.*, p. 158-169. — (2) Iisdem numeris codices infra designavimus, quibus in hoc catalogo signati sunt.

8. (Fol. 171v-196). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ θαυματουργοῦ Σπυρίδωνος ἐπισκόπου Τριμιθοῦντος. = B2. Dec. 12.

9. (Fol. 197-213v). Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Εὐστρατίου καὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ, Αὐξεντίου, Εὐγενίου, Βαρδαλίου (*l.* Μαρδαρίου) καὶ Ὀρέστου. = B. Dec. 13.

10. (Fol. 213v-236). Μαρτύριον τῶν ἁγίων μαρτύρων Θύρσου καὶ Λευκίου, Φιλήμονος καὶ Ἀπολλονίου, Καλλινίκου καὶ τῆς συνοδίας αὐτῶν. = B. Dec. 14.

Codex 8

Membraneus, foliorum 254, 0m,355 × 0m,255, binis columnis saec. XI exaratus. Foliorum 32 et 65 dimidia pars excisa deest. Tabulis ligneis pelle nigra contectis liber compactus est.

Fol. 1-2 legitur : Πίναξ ἄριστος τῆς παρούσης πυκτίδος.

1. (Fol. 3-30v). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ ἐν τῇ Μάνδρᾳ. = B 2.

2. (Fol. 30v-39). Ἄθλησις τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Μάμαντος. = B 1. Sept 2.

3. (Fol. 40-47v). Ἄθλησις τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἱερομάρτυρος Ἀνθίμου ἐπισκόπου Νικομηδείας, παθόντος ὑπὸ Μαξιμιανοῦ. = B.

4. (Fol. 47v-54v). Ἄθλησις τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βαβύλα, ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας, παθόντος ὑπὸ Νουμεριανοῦ. = B3.

5. (Fol. 54v-61v). Διήγησις μερικὴ περὶ τοῦ γενομένου θαύματος παρὰ τοῦ πανενδόξου Μιχαὴλ τοῦ ἀρχιστρατήγου ἐν Χώναις. = B3.

6. (Fol. 61v-68v). Μαρτύριον τῶν ἁγίων μαρτύρων Εὐδοξίου, Ῥωμύλου, Ζήνωνος καὶ Μακαρίου. = B.

7. (Fol. 68v-70v). Ἄθλησις τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μάρτυρος Σώζοντος παθόντος ἐν Κιλικίᾳ. = B2.

8. (Fol. 70v-75v). Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Σεβηριανοῦ. = B2.

9. (Fol. 75v-79v). Μαρτύριον τῶν ἁγίων γυναικῶν Μηνοδώρας, Μητροδώρας καὶ Νυμφοδώρας. = B. Sept. 10.

10. (Fol. 79v-89v). Βίος καὶ πολιτεία καὶ ἀγῶνες τῆς ὁσίας καὶ μακαρίας μητρὸς ἡμῶν Θεοδώρας τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. = B2. Sept. 11.

11. (Fol. 89v-93v). Ἄθλησις τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Αὐτονόμου. = B. Sept. 12.

12. (Fol. 93v-103v). Πρᾶξις καὶ τελείωσις τοῦ ἁγίου Κορνηλίου τοῦ ἑκατοντάρχου. = B. Sept. 13.

13. (Fol. 103v-107v). Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Νικήτα. = B. Sept. 15.

14. (Fol. 107v-119v). Μαρτύριον τῆς ἁγίας καὶ πανευφήμου μάρτυρος Εὐφημίας. = B2.

15. (Fol. 119v-129v). Μαρτύριον τῶν ἁγίων γυναικῶν Σοφίας καὶ τῶν θυγατέρων αὐτῆς Πίστεως, Ἐλπίδος καὶ Ἀγάπης. = B1.

16. (Fol. 129v-136v). Μαρτύριον τῶν ἁγίων Τροφίμου, Σαββατίου καὶ Δορυμέδοντος. = B2.

17. (Fol. 136v-152v). Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Εὐσταθίου καὶ Θεοπίστης καὶ τῶν δύο τέκνων αὐτῆς Ἀγαπίου καὶ Θεοπίστου. = B2. Sept. 20.

18. (Fol. 152v-157v). Ἀστερίου ἐπισκόπου Ἀμασείας ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον καὶ ἔνδοξον ἱερομάρτυρα τοῦ Χριστοῦ Φωκᾶν.

Inc. Ἱερὸς μὲν καὶ θεσπέσιος ἅπας ὁ τῶν γενναίων μαρτύρων κατάλογος, πάθει τὴν ὑπὲρ πάθους ἀποδοὺς χάριν — Des. καὶ τὸν τοῦ σώματος χωρισμὸν ὢν ἡ μνήμη μετὰ τοῦ ἄρτου καθ' ἡμέραν διατρέχει πόλεις καὶ κώμας πανταχοῦ τὸν εὐεργέτην κηρύσσουσα Κύριον... ἀμήν.

19. (Fol. 157v-172v). Ἄθλησις τῆς ἁγίας ἐνδόξου ἁγιομάρτυρος τοῦ Χριστοῦ· Θέκλας τῆς ἐν Ἰκονίῳ. = B3.

20. (Fol. 172v-180v). Βίος καὶ πολιτεία καὶ ἀγῶνες τῆς ἁγίας μάρτυρος ἡμῶν Εὐφροσύνης τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. = B1.

21. (Fol. 180v-189v). Ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον καὶ ἔνδοξον ἀπόστολον τοῦ Χριστοῦ καὶ εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην τὸν ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Χριστοῦ ἀναπεσόντα. = B4.

22. (Fol. 189v-197v). Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μάρτυρος Καλλιστράτου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἀθλησάντων. = B.

23. (Fol. 197v-209v). Βίος καὶ πολιτεία καὶ ἀγῶνες τοῦ ὁσίου πατρὸς καὶ ὁμολογητοῦ Χαρίτωνος. = B.

24. (Fol. 209v-222v). Βίος καὶ πολιτεία καὶ ἀγῶνες τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Κυριακοῦ τοῦ ἀναχωρητοῦ. = B2.

25. (Fol. 222v-254). Βίος καὶ πολιτεία καὶ μαρτύριον τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Γρηγορίου τῆς μεγάλης Ἀρμενίας. = B2.

Codex 10

Membraneus, foliorum 411, $0^{m},35 \times 0^{m},25$, binis columnis saec. XII exaratus, tabulisque ligneis pelle nigra contectis compactus.

Fol. 1-2 legitur: Πίναξ.

1. (Fol. 3-11ᵛ). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ συγγραφεὶς παρὰ Ἰωάννου πατριάρχου Ἀντιοχείας. = B 1.

2. (Fol. 11ᵛ-16). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀνδρέου ἀρχιεπισκόπου Κρήτης ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον πατέρα ἡμῶν Νικόλαον τὸν θαυματουργὸν καὶ ἀρχιεπίσκοπον Μύρων τῆς Λυκίας. = B 8.

Des. mutila fol. 16 his verbis : ῥόδων δὲ κάλυξι καὶ μύροις εὐώδεσι τοῖς ἑαυτῶν ἔργοις ῥοδίσαντες ἢ μυρίσαντες πνεύματι κυρίου ἀσμάτων ἄνθεσι τὸν ὅσιον στεφανώσωμεν. Deinde legitur infra : λήπη (= λείπει) et manu posteriore addita sunt verba : ἕως ὅδε τοῦ ἁγίου Νικολάου.

3. (Fol. 17-19). [Περὶ τῆς συλλήψεως τῆς ἁγίας Ἄννης].

Inc. mutil. : τῷ κοινῷ τὸ εὐκλεὲς παρεπέμπετο οὐδὲ μιᾷ δὲ τοσοῦτον τῶν ἁπάντων.

4. (Fol. 19-27ᵛ). [Περὶ τῆς συλλήψεως τῶν ἁγίων θεοπατόρων Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης].

Inc. Ἦν τις Ἰωακεὶμ πλούσιος σφόδρα — Des. διὰ τοῦτο φιλοφρόνως τὴν εὔσημον καὶ θείαν ταύτην ἄγοντες ἑορτήν.

5. (Fol. 27ᵛ-49ᵛ). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὸ μὴ πλησιάζειν θεάτροις καὶ εἰς τὸν Ἀβραάμ.

Inc. Πολλοὺς οἶμαι τῶν πρώτων καταλιπόντων.

6. (Fol. 49ᵛ-58ᵛ). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου εἰς τὸν μακάριον Φιλογόνιον, γενόμενον ἀπὸ δικολόγου ἐπίσκοπον, καὶ ὅτι τοῦ προνοεῖν τῶν κοινῇ συμφερόντων οὐδὲν ἴσον εἰς εὐδοκίμησιν παρὰ Θεῷ, καὶ ὅτι τὸ ῥαθύμως προσιέναι τοῖς θείοις μυστηρίοις κόλασιν ἀφόρητον ἔχει, κἂν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ κατατολμήσωμεν· ἐλέχθη δὲ πρὸ πέντε ἡμερῶν τῆς Χριστοῦ γεννήσεως. = B.

7. (Fol. 58ᵛ-65ᵛ). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας εἰς τὴν ἀπογραφὴν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου καὶ εἰς τὸν Ἰωσήφ. Dec. 24.

Inc. Ὥσπερ οἱ τὴν χρυσίτιν γῆν μεταλλεύειν λαχόντες ἐργάται.

8. (Fol. 65ᵛ-72ᵛ). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ὁμιλία εἰς τό· Ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου, καὶ εἰς τὴν ἀπογραφὴν τῆς ἁγίας Θεοτόκου.

Inc. Μέλλοντος ἀγαπητοὶ τοῦ κοινοῦ σωτῆρος τίκτεσθαι δόγμα.

9. (Fol. 72ᵛ-79ᵛ). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ἀρχιεπισκό-



που Καισαρείας Καππαδοκίας εἰς τὴν γέννησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Dec. 25.

Inc. Χριστοῦ γέννησις ἡ μὲν οἰκεία καὶ πρώτη καὶ ἰδία αὐτοῦ.

10. (Fol. 79v-91v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὴν γενέθλιον ἡμέραν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πρὸ τούτου μὲν ἄδηλον οὖσαν, πρὸ ὀλίγων δὲ ἐτῶν γνωρισθεῖσαν παρά τινων τῶν ἀπὸ τῆς δύσεως ἐλθόντων καὶ ἀπαγγειλάντων, καὶ ἡ ἀπόδειξις τούτου εἶναι τὸν μῆνα τῆς ἑορτῆς ἀπὸ τῶν θειῶν γραφῶν, καὶ πρὸς τῷ τέλει περὶ τοῦ μεθ' ἡσυχίας καὶ φρίκης προσιέναι τοῖς μυστηρίοις. Dec. 25.

Inc. Ἃ πάλαι πατριάρχαι ὤδινον προφῆται δὲ προὔλεγον.

11. (Fol. 91v-103v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ἐπισκόπου Σελευκείας λόγος εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Inc. Μεγάλας τῶν ἐγκωμίων εὑρήσει τὰς ἀφορμὰς ὁ τὴν ἁγίαν.

12. (Fol. 103v-115v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἐπισκόπου Νύσης εἰς τὸ γενέθλιον τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ εἰς τὰ ἀναιρεθέντα νήπια.

Inc. Σαλπίσατε ἐν νεομηνίᾳ σάλπιγγί φησιν ὁ Δαβίδ.

13. (Fol. 115v-128v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ὁμιλία ἐγκωμιαστικὴ εἰς τὸν ἅγιον Στέφανον τὸν πρωτομάρτυρα. Dec. 27.

Inc. Πολλῶν ἀκούω λεγόντων ὅτι παρόντες μὲν καὶ τῆς ἀκροάσεως.

14. (Fol. 128v-137). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσης ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Στέφανον τὸν πρωτομάρτυρα. Dec. 27.

Ed. *P.G.*, XLVI, 701-721.

15. (Fol. 138-141v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὸν Ἡρώδην καὶ εἰς τὰ βρέφη. Dec. 29.

Inc. Ἤθελον μὲν ἀεὶ καὶ πάντοτε τὸ πνευματικὸν ὑμῖν.

16. (Fol. 141v-146v). Βασιλείου ἐπισκόπου Ἰσαυρίας εἰς τὰ ἅγια νήπια τὰ εἰς Βηθλεὲμ ἀναιρεθέντα.

Inc. Πάλιν ὁ γέρων ἐγὼ πρὸς τὸ τῶν λόγων ἄγομαι στάδιον.

17. (Fol. 146v-157v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσης λόγος περὶ θεότητος υἱοῦ καὶ πνεύματος καὶ εἰς τὸν Ἀβραάμ. Κυριακῇ μετὰ τὴν Χριστοῦ γέννησιν.

Inc. Οἷόν τι πάσχουσι πρὸς τοὺς πολυανθεῖς τῶν λειμώνων.

18. (Fol. 157^v-163^v). Λόγος εἰς τὴν ὀκταήμερον περιτομὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἔπαινος διὰ βραχέων εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον. = B5. Ian. 1.

19. (Fol. 163^v-176^v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσης λόγος εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον τὸν ἀδελφόν του. = B1. Ian. 1.

20. (Fol. 176^v-198^v). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Σιλβέστρου πάπα Ῥώμης. Ian. 2.

Inc. Οἱ μὲν σεπτοὶ καὶ θεόπται ἀπόστολοι, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην περιελθόντες — Des. ἀπαχθησόμενον τῷ παρ' αὐτοῦ κηρυχθέντι Χριστῷ καὶ τὰς ἀμοιβὰς τῶν δι' ἐκεῖνον... ἀμήν.

21. (Fol. 198^v-205^v). Λόγος τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας λόγος ἐγκωμιαστικὸς εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Γόρδιον. = B. Ian. 3.

22. (Fol. 205^v-213^v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ἐπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας ὁμιλία προτρεπτικὴ εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα. Ian. 5.

Inc. Ὁ μὲν σοφὸς Σολομῶν τῶν κατὰ τὸν βίον πραγμάτων.

23. (Fol. 213^v-218^v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Νύσσης λόγος εἰς τό· Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός. Ian. 6.

Inc. Ὁ μὲν φιλόστοργος οὗτος πατὴρ διὰ τὴν περὶ ὑμᾶς στοργήν.

24. (Fol. 218^v-229^v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρεγορίου ἀρχιεπισκόπου Νύσσης λόγος εἰς τὰ ἅγια φῶτα. Ian. 6.

Inc. Νῦν γνωρίζω τὴν ἐμὴν ἀγέλην, σήμερον βλέπω σχῆμα.

25. (Fol. 229^v-239^v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὰ ἅγια θεοφάνια καὶ περὶ τοῦ τοὺς πιστοὺς μετὰ τὴν κοινωνίαν παραμένειν καὶ κοινῇ τὴν τελευταίαν εὐχὴν ποιεῖσθαι. Ian. 6.

Inc. Πάντες ὑμεῖς ἐν εὐθυμίᾳ σήμερον.

26. (Fol. 239^v-245^v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας τοῦ θαυματουργοῦ λόγος εἰς τὰ ἅγια φῶτα. Ian. 6.

Inc. Ἄνδρες φιλόχριστοι καὶ φιλόξενοι καὶ φιλάδελφοι ξενοδοχήσατε.

27. (Fol. 245^v-255^v). Θεοδώρου τοῦ Δαφνοπάτου ἐγκώμιον εἰς τὴν ἀνακομιδὴν τῆς τιμίας χειρὸς τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ προδρόμου τὴν ἐξ Ἀντιοχείας γινομένην.

Inc. Ἰδοὺ καὶ πάλιν ἡμῖν ὁ ἱερὸς τοῦ Χριστοῦ ἐπεδήμησε — Des. τοῖς οὐρανίοις παραμιλλᾶται θεάμασιν ὑφ' ὧν... ἀμήν.

28. (Fol. 255v-269v). Διήγησις Ἀμμονίου μοναχοῦ περὶ τῶν ἀναιρεθέντων ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἁγίων πατέρων ἐν τῷ ὄρει τῷ Σινᾷ καὶ τῇ Ῥαϊθοῦ. = B. Ian. 14.

29. (Fol. 269v-281v). Νικήτα ῥήτορος ἁγίου ἀνδρὸς ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον καὶ κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων καὶ πρωταπόστολον θεῖον Πέτρον. Ian. 16.

Inc. Ὡς ἡδεῖα τῆς ἡμέρας ἡ χάρις, ὡς τερπνὴ τῆς ἑορτῆς ἡ ὑπόθεσις — Des. καὶ τῇ σῇ ἱερᾷ τῆς πίστεως πέτρᾳ στερεώσας καὶ τῇ εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν ἀγάπῃ τελειώσας... ἀμήν.

30. (Fol. 281v-289v). Νικήτα ῥήτορος ἁγίου ἀνδρὸς ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον ἔνδοξον ἀπόστολον τοῦ Χριστοῦ Τιμόθεον.

Inc. Τί δαὶ ὁ Τιμόθεος, τοῦτο γὰρ μετὰ τοὺς ἀποστόλους εὐθὺς προήχθημεν ἐπαινεῖν — Des. κἂν τούτῳ τῆς πρὸς αὐτοὺς ἰσοτιμίας εὐμοιρῶν, δέξαι τὸν βραχὺν τοῦτον αἶνον... ἀμήν.

31. (Fol. 289v-304v). Λόγος εἰς τὴν ἀνακομιδὴν τοῦ τιμίου λειψάνου τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου.

Inc. Ἧκεν ἡμῖν ἡ λαμπρὰ καὶ χαρμόσυνος καὶ ... ποθουμένη πανήγυρις — Des. καὶ τῶν λυπούντων ἡμᾶς παθῶν αἰσθητῶς τε ὁμοῦ καὶ νοητῶς ἀπαλλαγείημεν... ἀμήν.

32. (Fol. 304v-314v). Τοῦ μακαρίου Κοσμᾶ βεστήτορος λόγος εἰς τὴν ἐπάνοδον τοῦ λειψάνου τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου.

Inc. Δεῦτε ἀκούσατε καὶ διηγήσομαι ὑμῖν πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Θεόν — Des. ἡμεῖς γὰρ οἱ σοὶ οἰκέται καὶ ταῖς σαῖς εὐχαῖς στηριχθῆναι ἐν τῇ πίστει θαρροῦμεν... ἀμήν.

33. (Fol. 314v-325v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου... Χρυσοστόμου ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον ἱερομάρτυρα Ἰγνάτιον ἀρχιεπίσκοπον Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης εἰς Ῥώμην ἀπενεχθέντα καὶ αὐτόσ[ε] μαρτυρήσαντα κἀκεῖθεν αὖθις εἰς Ἀντιοχείαν κομισθέντα. = B4. Ian. 29.

34. (Fol. 325v-339v). Ἰωάννου μητροπολίτου Εὐχαΐτων ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἁγίους τρεῖς πατέρας καὶ διδασκάλους Βασιλεῖον τὸν μέγαν, Γρηγόριον τὸν θεολόγον, καὶ Ἰωάννην τὸν Χρυσόστομον. = B1. Ian. 30.

35. (Fol. 339v-349v). Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ Δαμασκηνοῦ ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Χρυσόστομον. = B7. Ian. 30.

36. (Fol. 349v-355v). Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου λόγος εἰς τὴν Θεοτόκον καὶ εἰς τὸν Συμεῶνα καὶ εἰς τὴν Ἄνναν. Febr. 2.

Inc. Πολλοὶ τῶν μεγάλων ἀνθρώπων τὴν παρθενίαν θαυμάζουσι, καὶ γάρ ἐστι...

37. (Fol. 355v-371v). Μεθοδίου ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος εἰς τὸν Συμεῶνα καὶ εἰς τὴν Ἄνναν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀπαντήσεως καὶ εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον. Febr. 2.

Inc. Πάλαι ἱκανῶς ὡς οἷόν τε διὰ βραχέων τὰ περὶ παρθενίας...

38. (Fol. 371v-376v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου... Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ εἰς τὸν Συμεῶνα. Febr. 2.

Inc. Οὐ μόνον φορεῖ σάρκα ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἀλλὰ καὶ...

39. (Fol. 376v-381v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων λόγος εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Febr. 2.

Inc. Χαῖρε σφόδρα θύγατερ Σιών, κήρυττε χαρὰν θύγατερ...

40. (Fol. 381v-385v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ θαυματουργοῦ λόγος εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Inc. Οἱ τῶν ἁγίων θεοπνευστῶν γραφῶν τὸ ἡδὺ προοίμιον πεινάσαντες...

41. (Fol. 385v-399v). Γεωργίου ἐπισκόπου Νικομηδείας λόγος εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰ. Χ. καὶ εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον καὶ εἰς τὸν δίκαιον Συμεὼν καὶ εἰς τὴν Ἄνναν.

Inc. Τὰ τῆς παρούσης ἱερᾶς πανηγύρεως ἡ εὐαγγελικὴ σάλπιγξ περιηχεῖ...

42. (Fol. 399v-404v). Λόγος διαλαμβάνων ἐν ἐπιτομῇ τὴν πρώτην καὶ δευτέραν καὶ τρίτην τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ Προδρόμου εὕρεσιν. = B 4.

43. (Fol. 404v-411). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου τοῦ μεγάλου ὁμιλία εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου· Καθελῶ μοῦ τὰς ἀποθήκας καὶ μείζονας οἰκοδομήσω, καὶ περὶ πλεονεξίας.

Inc. Διπλοῦν τὸ εἶδος τῶν πειρασμῶν· ἢ γὰρ αἱ θλίψεις βασανίζουσι...

Codex 13

Chartaceus, foliorum 205, $0^m,325 \times 0^m,225$, binis columnis saec. XV exaratus, tabulis ligneis pelle nigra contectis compactus.

S. Ephraem Syri sermones (fol. 1-144v) excipiunt:

1. (Fol. 144v-200). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Σάββα τοῦ ἡγιασμένου. Dec. 5.

Inc. Οὐδὲν οὕτω κινῆσαι ψυχὴν εἰς ἀρετῆς ἐπιθυμίαν — Des. καὶ οὕτω πάσης τοῖς αἱρετικοῖς παρρησίας... ἀμήν.

2. (Fol. 201-205). Διήγησις τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ζωσίμου.

Inc. Κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἀνήρ τις ὑπῆρχε ἐν τῇ ἐρήμῳ ὀνόματι Ζώσιμος — Des. καί ἐστιν ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης ἰάσεις ἀεὶ παντοδαπὰς ἐπιτελῶν· εἰρήνη δὲ καὶ σωτηρία ψυχῆς πᾶσιν τοῖς ἀκούουσιν τὴν διαγωγὴν... ἀμήν. Cf. B.

Codex 17

Foliorum 269, quorum tredecim (fol. 1-12 et fol. 58) chartacea, cetera membranea sunt, $0^m,325 \times 0^m,25$, binis columnis saec. XV exaratus.

1. (Fol. 1-4ᵛ). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Γόρδιον. = B.

2. (Fol. 4ᵛ-6ᵛ). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως λόγος εἰς τὴν ἑορτὴν τῶν θεοφανίων. Ian. 6.

Inc. Ἡ πηγὴ τῶν εὐαγγελικῶν διδαγμάτων ἀνεψγμένους ἔχει τοὺς ῥύακας...

3. (Fol. 6ᵛ-10ᵛ). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Θεοδόρου τοῦ Δαφνοπάτους ὑπόμνημα εἰς τὴν ἀνακομιδὴν τῆς τιμίας χειρὸς τοῦ τιμίου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου. Ian. 7.

Inc. Ἰδοὺ καὶ πάλιν ἡμῖν ὁ ἱερὸς τοῦ Χριστοῦ ἐπεδήμησε πρόδρομος — Des. τοῖς οὐρανίοις παραμιλλᾶται θεάμασιν, ὑφ' ὧν ἄνωθεν κατιοῦσαι... ἀμήν.

4. (Fol. 10ᵛ-12). Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Πολυεύκτου. = B2. Ian. 9.

Des. τὸ δὲ τίμιον αὐτοῦ σῶμα κατετέθη ἐν τῷ τῆς τελειώσεως τόπῳ... ἀμήν.

5. (Fol. 13-24ᵛ). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Μαρκιανοῦ πρεσβύτου καὶ οἰκονόμου γινομένου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. = B. Ian. 10.

6. (Fol. 24ᵛ-57). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Θεοδοσίου τοῦ κοινοβιάρχου. = B3.

7. (Fol. 58-63ᵛ). Μαρτύριον τῶν ἁγίων ἐνδόξων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων Ἑρμύλου καὶ Στρατονίκου. = B. Ian. 13.

8. (Fol. 63ᵛ-72ᵛ). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Παύλου τοῦ Θηβαίου. = B2. Ian. 15.

9. (Fol. 72ᵛ-110ᵛ). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἀντωνίου, συγγραφεὶς καὶ ἀποσταλεὶς πρὸς τοὺς ἐν τῇ ξένῃ μοναχοὺς παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας. = B. Ian. 17.

10. (Fol. 110v-134v). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Ἀθανασίου ἀρχιεπισκόπου γενομένου Ἀλεξανδρείας. = B1. Ian. 18.

11. (Fol. 134v-187). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Εὐθυμίου. = B. Ian. 20.

12. (Fol. 188-207). Βίος καὶ ἄθλησις τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Μαξίμου συγγραφεὶς παρὰ Μιχαὴλ μοναχοῦ τοῦ ἐξαβουλίτου μονῆς τοῦ Στουδίου. = B1. Ian. 21.

13. (Fol. 208-213v). Ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον Τιμόθεον. = B2. Ian. 22.

14. (Fol. 213v-229). Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Ἀναστασίου τοῦ Πέρσου. = B2. Ian. 22.

15. (Fol. 230-250v). Βίος τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ θεολόγου. = B1. Ian. 25.

16. (Fol. 250v-262v). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Ξενοφῶντος καὶ τῆς συμβίου καὶ τῶν τέκνων αὐτῶν Ἰωάννου καὶ Ἀρκαδίου. = B. Ian. 26.

17. (Fol. 262v-269). Μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ θαυματουργῶν ἀναργύρων Κύρου καὶ Ἰωάννου. = B3.

Des. mutila his verbis : αὐτοὶ μᾶλλον ἀλλήλοις ὑπὸ τῆς ἀκόσμου φυγῆς πληγῶν καὶ τραυ |

CODEX 18

Membraneus, foliorum 318, 0m,30 × 0m,225, binis columnis, saec. XII exaratus, tabulis ligneis pelle nigra contectis compactus. Multis in locis atramentum evanidum vel deletum est. Codici tum praefixa, tum subiuncta sunt bina folia membranea insiticia. Folia 255 et sequentia altera manus exaravit.

1. (Fol. 1-9v). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Παύλου τοῦ Θηβαίου. = B2. Ian. 4.

2. (Fol. 9v-14v). Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Πολυεύκτου. = B2. Ian. 9.

Des. Τῶν βαρβάρων δὲ πλείστους διαφθαρῆναι καὶ τὴν λεγεῶνα τήνδε... ἀμήν.

3. (Fol. 14v-44). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Θεοδοσίου τοῦ κοινοβιάρχου. = B3. Ian 11.

4. (Fol. 45-49v). Μαρτύριον τῶν ἁγίων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων Ἑρμύλου καὶ Στρατονίκου. = B. Ian. 13.

5. (Fol. 49v-57). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ διὰ Χριστὸν πτωχοῦ. Ian. 15.

Inc. Τυραννικόν τι χρῆμα τεκόντων στοργὴ καὶ δεσμὰ φύσεως ἄφυκτα — Des. τῆς αὐτῶν οὐσίας τὰ μὲν καθιερώσαντες τῷ ναῷ, τὰ δὲ... ἀμήν.

6. (Fol. 58-70v). Λόγος εἰς τὴν προσκύνησιν τῆς τιμίας ἁλύσεως τοῦ ἁγίου καὶ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων. Ian. 16.

Inc. Ὅσοι τῷ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων θείῳ ἔρωτι γενόμενοι — Des. φοβερὸν πολεμίοις ἀνάδειξον ποθεινὸν ὑπηκόοις... ἀμήν.

7. (Fol. 70v-103v). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἀντωνίου, συγγραφεὶς καὶ ἀποσταλεὶς πρὸς τοὺς ἐν τῇ ξένῃ μοναχοὺς παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας. = B. Ian. 17.

8. (Fol. 103v-149). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Εὐθυμίου. = B 2. Ian. 20.

9. (Fol. 150-154v). Ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον Τιμόθεον. = B 2. Ian. 22.

10. (Fol. 154v-167). Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Ἀναστασίου τοῦ Πέρσου. = B 2. Ian. 22.

11. (Fol. 168-196). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Κλήμεντος. = (Clemens ep. Ancyranus) B. Ian. 23.

12. (Fol. 197-204v). Βίος τῆς ὁσίας Ξένης τῆς Ῥωμαίας. = B. Ian. 24.

13. (Fol. 204v-222). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ θεολόγου. = B 1. Ian. 25.

14. (Fol. 223-234v). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Ξενοφῶντος καὶ τῶν αὐτοῦ τέκνων Ἰωάννου καὶ Ἀρκαδίου. = B. Ian. 26.

15. (Fol. 234v-240). Ὑπόμνημα τύπον ἱστορίας ἐπέχον ἐπὶ τῇ ἀνακομιδῇ τοῦ τιμίου λειψάνου τοῦ θείου καὶ ἱεροῦ Χρυσοστόμου. Ian. 27.

Inc. Ἀλλὰ πῶς ἄν τις αἰτίας καὶ νόμων ἡμᾶς ἀπαλλάξοι — Des. καὶ μέχρι καὶ νῦν ταῖς ἁπάντων ἀκοαῖς ἐνηχοῦσα, καὶ τὰ εὐσεβῆ... ἀμήν.

16. (Fol. 241-247v). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἐφραῒμ τοῦ Σύρου. = B 2. Ian. 28.

17. (Fol. 247v-254v). Βίος καὶ μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ θαυματουργῶν ἀββᾶ Κύρου καὶ Ἰωάννου. = B 3. Ian. 31.

Des. δαιμόνων φυγή, νοσημάτων ἀπαλλαγὴ καὶ νῦν ὁ τόπος ἀνειμένος ἐστὶ Θεῷ μάρτυσι... ἀμήν.

18. (Fol. 255-265v). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν

Μαρκιανοῦ πρεσβυτέρου καὶ οἰκονόμου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. = B. Ian. 10.

19. (Fol. 265v-290v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Νείλου μοναχοῦ εἰς τὴν ἀναίρεσιν τῶν ἐν Σινᾷ καὶ τῇ Ῥαϊθοῦ ἁγίων πατέρων. = B. Ian. 14.

Des. ἀρχὴν παρασχοῦσα Θεοῦ χάριτι μετὰ πολλὴν ταλαιπωρίαν... ὁμοουσίου τριάδος.

20. (Fol. 290v-312v). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας. = B.

21. (Fol. 312v-318). Βίος καὶ μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Νεοφύτου. = B.

Codex 19

Membraneus, foliorum 224, 0m,32 × 0m,235, binis columnis saec XI exaratus. In initio et in fine addita sunt duo folia insiticia.

Folia 136 et 180 non suo loco posita sunt. Et quidem fol. 136 haec verba in margine litteris minoribus et recentioribus scripta legimus : ἕως ὅδε τῆς Εὐγενείας γύρισον ἔμπροσθεν φύλλα κδ' καὶ εὑρήσῃς τὸ ἐπίλοιπον. Revera fol. 161 in margine superiore haec nota eadem manu scripta est : τῆς ἁγίας Εὐγενείας, cuius Vitam folia 121-136 et 161-167r complectuntur. Praeterea fol. 137 in margine superiore haec nota scripta est : Ἐντεῦθεν Θεοδώρου τοῦ γραπτοῦ· γύρησον ἔμπροσθεν φύλλα λβ' καὶ εὑρίσῃς τὸ ἐπίλιπον, initium scilicet Vitae Theodori fol. 167 et 168 implet; et in margine inferiore fol. 168 haec nota addita est : Γύρισον ὄπισθεν φύλλα λβ' καὶ εὑρήσῃς τὸ ἐπίλοιπον, et fol. 136 : Ἐντεῦθεν Θεοδώρου τοῦ γραπτοῦ.

Fol. 1 : Ἐνταῦθα ἀκριβὴς τῆσδε τῆς βίβλου πίναξ.

1. (Fol. 2-30v). Μαρτύριον τῶν ἁγίων μαρτύρων Θύρσου, Λευκίου, Καλλινίκου Φιλήμονος καὶ Ἀπολλωνίου. = B. Dec. 14.

2. (Fol. 30v-39v). Μαρτύριον τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἐλευθερίου. = B. Dec. 15.

3. (Fol. 39v-56v). Ὑπόμνημα εἰς τὸν μέγαν προφήτην Δανιὴλ καὶ τοὺς ἁγίους τρεῖς παῖδας Ἀνανίαν, Ἀζαρίαν, Μισαήλ. Dec. 17.

Ed. *P.G.*, CXV, 372-401.

4. (Fol. 56v-65v). Ἄθλησις τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Βονιφατίου τοῦ Ῥωμαίου. = B2. Dec. 18.

5. (Fol. 65v-79). Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Σεβαστιανοῦ καὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ, Τραγκυλίνου, Νικοστράτου, Κλαυδίου, Κάστορος, Τιβουρτίου, Μαρκελλίνου καὶ Μάρκου. = B.

Des. τοῖς δεομένοις ἐπήρκει ἀφθονωτάτῃ χειρί· ἐπειδὴ τὸν βίον ἐτελεύτησε, πᾶσαν τὴν κτῆσιν αὐταῖς ἐν διαθήκαις χριστιανοῖς ἐδωρήσατο.

6. (Fol. 80-89ᵛ). Μαρτύριον τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἰγνατίου τοῦ θεοφόρου. = B3. Dec. 20.

7. (Fol. 89ᵛ-96). Μαρτύριον τῆς ἁγίας μάρτυρος Ἰουλιανῆς τῆς ἐν Νικομηδείᾳ μαρτυρησάσης. = B. Dec. 21.

8. (Fol. 97-116ᵛ). Μαρτύριον τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Ἀναστασίας. = B1. Dec. 22.

9. (Fol. 116ᵛ-120). Μαρτύριον τῶν ἁγίων δέκα μαρτύρων τῶν ἐν Κρήτῃ. = B. Dec. 23.

10. (Fol. 121-136 et 161-167ᵛ). Βίος καὶ πολιτεία καὶ ἄθλησις τῆς ἁγίας ὁσιομάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Εὐγενείας καὶ τῶν ταύτης γονέων. = B. Dec. 24.

11. (Fol. 167ᵛ-168 et 137-148ᵛ). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ γραπτοῦ καὶ Θεοφάνους τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. = B. Dec. 27.

12. (Fol. 148ᵛ-160 et 168-180). Μαρτύριον τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἴνδη καὶ Δόμνας καὶ τοῦ πλήθους τῶν δισμυρίων τῶν ἐν Νικομηδείᾳ μαρτυρησάντων. = B. Dec. 28.

13. (Fol. 181-202ᵛ). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ ἀρχιμανδρίτου Μαρκέλλου μονῆς τῶν Ἀκοιμήτων. = B. Dec. 29.

14. (Fol. 202ᵛ-224). Βίος καὶ πολιτεία τῆς ὁσίας Μελάνης τῆς Ῥωμαίας. = B. Dec. 31.

Codex 20

Membraneus, foliorum 329, praeter octo aliena, quorum quattuor initio quattuor ad calcem codicis adiecta sunt, $0^{m},285 \times 0^{m},225$, binis columnis saec. XI exaratus.

Fol. 80 fere totum periit.

1. (Fol. 1-11ᵛ). Ἄθλησις καὶ μαρτύριον τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου καὶ καλλινίκου μάρτυρος Βαρβάρας. = B2. Dec. 4.

2. (Fol. 11ᵛ-117ᵛ). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Σάβα.

Inc. Οὐδὲν οὕτω κινῆσαι ψυχὴν εἰς ἀρετῆς ἐπιθυμίαν — Des. καὶ οὕτω πάσης τοῖς αἱρετικοῖς παρρησίας... ἀμήν.

3. (Fol. 117ᵛ-146). Βίος καὶ πολιτεία καὶ μερικὴ θαυμάτων διήγησις τοῦ ἐν θαύμασι περιωνύμου Νικολάου ἀρχιεπισκόπου Μύρων τῆς Λυκίων ἐπαρχίας. = B4. Dec. 6.

4. (Fol. 147-163^v). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἀμβροσίου ἐπισκόπου Μεδιολάνων. = B 2 a. Dec. 7.

5. (Fol. 163^v-171^v). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Παταπίου. = B 1. Dec. 8.

6. (Fol. 171^v-209^v). Μαρτύριον τῶν ἁγίων μαρτύρων Μηνᾶ, Ἑρμογένους καὶ Εὐγράφου. = B. Dec. 10.

7. (Fol. 209^v-262^v). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Δανιὴλ τοῦ στυλίτου. = B. Dec. 11.

8. (Fol. 262^v-300^v). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ θαυματουργοῦ Σπυρίδωνος ἐπισκόπου Τριμιθοῦντος. = B 2. Dec. 12.

9. (Fol. 308^v-328). Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Εὐστρατίου, Αὐξεντίου, Εὐγενίου, Μαρδαρίου καὶ Ὀρέστου. = B. Dec. 13.

Desinit mutila his verbis : ἐν τῷ περιεχομένῳ ἐν τῇ διαθήκῃ τόπῳ.

Codex 34

Membraneus, foliorum 243, 0^m,28 × 0^m,250, binis columnis saec. XIV exaratus.

Fol. 13 cernitur imago sancti Iohannis Climaci, cuius *Scalae*, ut mos est, praefixa est.

(Fol. 4-9^v). Βίος τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ καὶ συγγραψαμένου τὴν Κλίμακα.

Inc. Ἥτις μέν ἐστιν ἡ τὸν θεῖον ἄνδρα τοῦτον ἐνεγκαμένη πόλις καὶ θρεψαμένη — Des. ἔσωθεν δὲ θεωρητικὰ περιεχούσας διδάγματα. Cf. B1.

Codex 47

Chartaceus, foliorum 326, 0^m,350 × 0^m,20, lineis plenis saec. XVII exaratus, tabulis ligneis pelle nigra contectis compactus.

Fol. 1 legitur : Πίναξ τοῦ παρόντος βιβλίου.

1. (Fol. 3-13^v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου καὶ ἀδελφοθέου ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων λόγος περὶ τῆς γεννήσεως τῆς ὑπεραγίας ἡμῶν Θεοτόκου. = B 1.

Des. ἐγὼ δὲ Ἰάκωβος ἔγραψα ... γενομένου δὲ θορύβου συνέστειλον ἐγὼ ἐμαυτὸν ἐν τόπῳ ἐρήμῳ ἕως οὗ ἐτελεύθη Ἡρώδης καὶ κατεπάυθη ὁ θόρυβος ἐν Ἱεροσολύμοις· τότε λοιπὸν ἤμην δοξάζων τὸν Θεὸν τὸν δόντα μοι τοιαύτην σοφίαν τοῦ γράψαι ὑμῖν τοῖς πνευματικοῖς καὶ ἀγαπῶσι τὸν Θεόν· ᾧ ἡ δόξα... ἀμήν.

2. (Fol. 13^v-20). Ἀνδρέου τοῦ μακαριωτάτου ἐπισκόπου Κρήτης τοῦ



Ἱεροσολυμίτου λόγος εἰς τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας καὶ ὑπερενδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. = B 9.

3. (Fol. 21-30ᵛ). Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου πρεσβυτέρου τοῦ Δαμασκηνοῦ λόγος εἰς τὸ γενέθλιον τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. = B 13.

4. (Fol. 30ᵛ-39). Ἰωάννου μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου τοῦ Δαμασκηνοῦ λόγος εἰς τὴν γέννησιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. = B 14.

5. (Fol. 40-45ᵛ). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀνδρέου ἐπισκόπου Κρήτης τοῦ Ἱεροσολυμίτου ἐγκώμιον εἰς τὴν πάνσεπτον γέννησιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. = B 10.

6. (Fol. 45ᵛ-57ᵛ). Ἀνδρέου τοῦ μακαριωτάτου ἀρχιεπισκόπου Κρήτης τοῦ Ἱεροσολυμίτου λόγος εἰς τὴν γενέθλιον ἡμέραν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀπόδειξις ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας ὅτι ἐκ γένους κατάγεται τοῦ Δαβίδ. = B 12.

7. (Fol. 57ᵛ-65ᵛ). Ἰωάννου μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου τοῦ Δαμασκηνοῦ λόγος εἰς τὴν γενέθλιον ἡμέραν τῆς παναμώμου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας καὶ ἀπόδειξις ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας καὶ διαφόρων μαρτυρίων ὅτι ἐκ σπέρματος κατάγεται τοῦ Δαβίδ. = B 11.

8. (Fol. 65ᵛ-73). Ἐπιφανίου ἀρχιεπισκόπου Κύπρου ἐγκώμιον εἰς τὴν ὑπεραγίαν δέσποιναν ἡμῶν τὴν Θεοτόκον.

Inc. Τὰς ἐκλαμπούσας τῆς Θεοτόκου ἀκτίνας φοβερὰς ἀκαταλήπτους.

9. (Fol. 74-79ᵛ). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ὁμιλίαι εἰς τὴν ὑπεραγίαν δέσποιναν ἡμῶν Θεοτόκον· ἐλέχθη δὲ ἐν Ἐφέσῳ κατὰ Νεστορίου.

Inc. Φαιδρὸς ἡμῖν ὁ λόγος καὶ χάριτος ἐμπεπλησμένος.

In fine minio scriptum legitur : Ὁ αὐτὸς λόγος ἀναγινώσκεται καὶ εἰς τὰς λοιπὰς ἑορτάς.

10. (Fol. 79ᵛ-83). Τοῦ μακαρίου Πρόκλου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως λόγος εἰς τὴν ὑπεραγίαν δέσποιναν ἡμῶν Θεοτόκον.

Inc. Παρθενικὴ πανήγυρις σήμερον, ἀδελφοί, τὴν γλῶτταν ἡμῶν πρὸς εὐφημίαν καλεῖ.

11. (Fol. 84-94ᵛ). Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Γεωργίου μητροπολίτου Νικομηδείας λόγος εἰς τὴν ὑπεραγίαν δέσποιναν Θεοτόκον ὅτε προσηνέχθη ἐν τῷ ναῷ τριετίζουσα. = B 24. Nov. 21.

12. (Fol. 94ᵛ-103ᵛ). Τοῦ αὐτοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Γεωργίου ἐπισκόπου Νικομηδείας λόγος εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον ὅτε προσηνέχθη ἐν τῷ ναῷ τριετίζουσα. = B 25.

13. (Fol. 103^{v}-108^{v}). Γερμανοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως λόγος εἰς τὴν ὑπεραγίαν δέσποιναν ἡμῶν τὴν Θεοτόκον ὅτε προσηνέχθη ἐν τῷ ναῷ τριετίζουσα. = B21.

14. (Fol. 108^{v}-118^{v}). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ταρασίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως λόγος εἰς τὴν ὑπεραγίαν δέσποιναν ἡμῶν Θεοτόκον ὅτε προσηνέχθη ἐν τῷ ναῷ τριετίζουσα. = B22.

15. (Fol. 118^{v}-126^{v}). Ἀθανασίου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας λόγος εἰς τὴν ὑπεραγίαν δέσποιναν ἡμῶν Θεοτόκον ὅτε ἀπήρχετο μετὰ Ἰωσὴφ ἀπογραφῆναι ἐν Βηθλεὲμ πόλει τοῦ Δαβὶδ διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς ἐξ οἴκου καὶ πατρίδος Δαβίδ.

Inc. Ὥσπερ οἱ τὴν χρυσίτιν μεταλλεύειν λαχόντες ἐργάται.

16. (Fol. 126^{v}-142^{v}). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Μεθοδίου ἐπισκόπου Πατάρων λόγος εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ εἰς τὴν Θεοτόκον καὶ Συμεὼν καὶ Ἄνναν. Febr. 2.

Inc. Πάλαι ἱκανῶς ὡς οἷόν τε διὰ βραχέων.

17. (Fol. 142^{v}-147^{v}). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας λόγος εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Inc. Πολλὴ μὲν λίαν ἡ σύνοδος καὶ πρόθυμος ὁ ἀκροατής...

18. (Fol. 147^{v}-162). Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Γεωργίου μητροπολίτου Νικομηδείας λόγος εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον καὶ εἰς τὸν δίκαιον Συμεὼν καὶ εἰς τὴν Ἄνναν.

Inc. Τὰ τῆς παρούσης ἱερᾶς πανηγύρεως ἡ εὐαγγελικὴ σάλπιγξ.

19. (Fol. 163-169^{v}). Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου λόγος εἰς τὴν ὑπαντὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ εἰς τὸν Συμεὼν καὶ τὴν Ἄνναν.

Inc. Πολλοὶ τῶν μεγάλων τὴν παρθενίαν θαυμάζουσιν καί ἐστι...

20. (Fol. 169^{v}-174). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων λόγος εἰς τὴν ὑπαντὴν τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Inc. Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών, κήρυσσε θύγατερ Ἱερουσαλήμ.

21. (Fol. 175-204^{v}). Σωφ[ρ]ονίου πατριάρχου Ἱεροσολύμων λόγος εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. = B33. Mart. 25.

22. (Fol. 204^{v}-217^{v}). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀνδρέου ἀρχιεπισκόπου Κρήτης τοῦ Ἱεροσολυμίτου λόγος εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς παναχράντου καὶ πανυμνήτου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου.

Inc. Ἐπέστη σήμερον ἡ πάντων χαρὰ λύσασα τὴν πρώτην ἀράν.

23. (Fol. 217v-226v). Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου καὶ πρεσβυτέρου τοῦ Δαμασκηνοῦ λόγος εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου.

Inc. Νῦν ἡ τῆς βασιλίδος βασιλικὴ καὶ ὑπέρξενος ἑορτή τε καὶ πανήγυρις ὑπὲρ τὰς χρυσαυγεῖς ἀκτίνας τοῦ ἡλίου ἐξέλαμψε.

24. (Fol. 226v-230v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας.

Inc. Πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια, πάλιν ἐλευθερίας μηνύματα.

25. (Fol. 230v-234). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας Πόντου τοῦ θαυματουργοῦ λόγος εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου.

Inc. Σήμερον ἀγγελικῇ παρατάξει ὑμνῳδίαι φαιδρύνονται.

26. (Fol. 235-243v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀνδρέου τοῦ μακαριωτάτου ἐπισκόπου Κρήτης τοῦ Ἱεροσολυμίτου λόγος εἰς τὴν κοίμησιν τῆς πανυμνήτου καὶ πανενδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. Aug. 15.

Inc. Οἱ τὴν ἐν πνεύματι θεωρίαν τῷ ἀΰλῳ καὶ καθαρωτάτῳ φωτὶ τῆς ἀπλάνους ἐλλαμπόμενοι.

27. (Fol. 243v-251v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀνδρέου ἀρχιεπισκόπου Κρήτης τοῦ Ἱεροσολυμίτου λόγος εἰς τὴν πάνσεπτον κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. = B45.

28. (Fol. 251v-264). Ἰωάννου μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου Δαμασκηνοῦ λόγος εἰς τὴν πάνσεπτον κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου.

Inc. Ἔστι μὲν ἀνθρώπων οὐδεὶς ὃς κατ' ἀξίαν τῆς θεομήτορος τὴν ἱερὰν ἐνδημίαν εὐφημῆσαι δυνήσεται.

29. (Fol. 265-275v). Ἰωάννου μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου τοῦ Δαμασκηνοῦ ἐγκώμιον εἰς τὴν πάνσεπτον κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας.

Inc. Μνήμη δικαίων μετ' ἐγκωμίων γίνεται.

30. (Fol. 275v-280). Ἰωάννου μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου τοῦ Δαμασκηνοῦ λόγος εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου.

Inc. Ἔθος ἐστὶ τοῖς ἐρωτικῶς πρός τι διακειμένοις ἐπὶ γλώσσης ἀεὶ τοῦτο φέρειν.

31. (Fol. 281-295). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀνδρέου μακαριωτά-

του ἐπισκόπου Κρήτης τοῦ Ἱεροσολυμίτου λόγος εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. = B44.

Des. χαῖρε κεχαριτωμένη Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ μήτηρ καὶ χριστιανῶν ἡ ἐλπίς... ἀμήν.

32. (Fol. 296-308ᵛ). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Μοδέστου ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων ἐγκώμιον εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. = B42.

33. (Fol. 308ᵛ-326). Γεωργίου μητροπολίτου Νικομηδείας λόγος εἰς τό· Εἱστήκεισαν δὲ παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ εἰς τὴν θεόσωμον ταφὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Inc. Πρὸς ὑψηλοτάτην περιωπὴν ἡμῖν ὁ λόγος ἀναδραμών.

Codex 62

Chartaceus, foliorum 248 (non autem 250 ut scripsit rubricator in fine codicis : ἔχει δὲ φύλλα διακόσια πεντήκοντα), 0ᵐ,27 × 0ᵐ,185, lineis plenis, saec. XIV exaratus. Praefixa sunt codici folia vacua novem; fol. 206 item vacuum est. Tabulis ligneis, quarum prior albo linteo contecta, compactus est liber.

Fol. 248ᵛ legitur : Ἐτελείωθη σὺν Θεῷ τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς ἐμοῦ Νικολάου τοῦ ταπεινοῦ τε καὶ ἁμαρτωλοῦ· καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες αὐτῷ εὔχεσθαί μοι διὰ τὸν Κύριον διὰ τῶν πολλῶν σφαλμάτων. Ἐν ἔτει ,ςωμη' (1340) μηνὸς Νοεμβρίου η' κατὰ μῆναν Αὔγουστον εἰς τὰς γ' ἡμέρα πέμπτη. Ἀμήν.

Sequitur oratio sic incipiens : Φιλάγαθε παρθένε Θεοτόκε, deinde altera oratio : Ἑτοιμός εἰμι καὶ πάλιν βοᾶν λέγειν κ. τ. λ. Quae orationes, versibus ut soluta oratio scriptis, minio autem crucibus dispunctis, exaratae sunt.

Homilias de tempore, plerasque notissimas, quae leguntur fol. 66ᵛ-80ᵛ, 94ᵛ-102ᵛ, 108ᵛ-181ᵛ, 185ᵛ-197ᵛ, 223ᵛ-248ᵛ, praetermisimus.

1. (Fol. 1-5ᵛ). Διήγησις περὶ τοῦ γε[νομένου] μεγάλου θαύματος παρὰ τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ ἐν ταῖς Χώναις. = B3. Sept. 6.

2. (Fol. 5ᵛ-10ᵛ). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀνδρέου ἀρχιεπισκόπου Κρήτης τοῦ Ἱεροσολυμίτου λόγος εἰς τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. = B9.

3. (Fol. 10ᵛ-17ᵛ). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀνδρέου ἐπισκόπου Κρήτης τοῦ Ἱεροσολυμίτου λόγος εἰς τὴν ὕψωσιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ.

Inc. Σταυροῦ πανήγυριν ἄγομεν καὶ τὸ τῆς ἐκκλησίας ἅπαν.



4. (Fol. 17v-22v). Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Δημητρίου. = B2. Oct. 26.

5. (Fol. 22v-25v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γερμανοῦ ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως λόγος εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον ὅτε προσηνέχθη ἐν τῷ ναῷ ὑπὸ τῶν αὐτῆς γονέων τριετίζουσα. = B21. Nov. 21.

Des. ἡ τὴν τῶν ὅλων προσδοκίαν καὶ ἐλπίδα καὶ σωτηρίαν ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον τε...

6. (Fol. 25v-28v). Πρᾶξις τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Νικολάου ἀρχιεπισκόπου Μύρων τῆς Λυκίας ὅπως ἐρύσατο τοὺς τρεῖς ἄνδρας ἐκ τοῦ θανάτου. = B2. Dec. 6.

Inc. Ἐν τοῖς καιροῖς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως — Des. διαδιδόντες πτωχοῖς ἀφ' ὧν εἶχον ἐξ ἰδίων χρημάτων· ἐπὶ πολὺν οὖν χρόνον ἐποίουν τοῦτο... ἀμήν.

7. (Fol. 28v-34v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ θεολόγου λόγος εἰς τὴν ἁγίαν γέννησιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Dec. 25.

Inc. Χριστὸς γεννᾶται, δοξάσατε· Χριστὸς ἐξ οὐρανῶν...

8. (Fol. 34v-41v). Ἀμφιλοχίου Ἰκονίου εἰς τὸν βίον καὶ εἰς τὰ θαύματα τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας Βασιλείου τοῦ μεγάλου. = B4. Ian. 1.

Des. his verbis : ταῦτα ἀκούσας ὁ βασιλεὺς προσόδους πολλὰς ἐδωρήσατο εἰς διατροφὴν αὐτῶν· σέβας πατρικὸν ἀπονέμων τῷ ἱεράρχῃ τοῦ Χριστοῦ.

9. (Fol. 41v-44v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὰ ἅγια φῶτα. Ian. 6.

Inc. Πηγὴ τῶν εὐαγγελικῶν γλυκασμάτων ἀνανεωγμένους ἔχει τοὺς ῥύακας.

10. (Fol. 44v-47v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ εἰς τὴν Θεοτόκον καὶ εἰς τὸν δίκαιον Συμεών. Febr. 2.

Inc. Οὐ μόνον σάρκα φορεῖ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰ. Χριστός...

11. (Fol. 47v-49v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.

12. (Fol. 49v-57v). Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Γεωργίου. = B4. Apr. 23.

13. (Fol. 57v-60v). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκό-

που Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὴν ἁγίαν μεταμόρφωσιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Aug. 6.

Inc. Ἤκουες ἀρτίως τοῦ δεσπότου Χριστοῦ λέγοντος...

14. (Fol. 60ᵛ-66ᵛ). Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γερμανοῦ ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως ἐγκώμιον εἰς τὴν ἁγίαν καὶ σεβασμίαν κοίμησιν τῆς ὑπερενδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. = B47.

Des. ἀχώριστον δὲ τῆς ἀνθρώπων συναναστροφῆς εὑρεθῆναι τὸ πνεῦμά σου, ἀοράτῳ ἐνέργείᾳ τοῦ ὑπὸ σοῦ παρθενικῶς γεννηθέντος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν... ἀμήν.

15. (Fol. 80ᵛ-87ᵛ). Νεκταρίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως διήγησις δι' ἣν αἰτίαν τὸν πρῶτον σάββατον τῶν ἁγίων νηστειῶν ἑορτάζομεν τὴν μνήμην τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου τοῦ Τήρονος καὶ περὶ νηστείας καὶ ἐλεημοσύνης. = B3.

16. (Fol. 87ᵛ-94ᵛ). Διήγησις διαλαμβάνουσα περὶ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων ὅπως καὶ δι' ἣν αἰτίαν παρέλαβε τὴν ὀρθοδοξίαν ἐτησίως τελεῖν τῇ πρώτῃ κυριακῇ τῶν ἁγίων νηστειῶν ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ καθολικὴ μεγάλη ἐκκλησία. = (Theodora) B3.

17. (Fol. 102ᵛ-108ᵛ). Διήγησις ἀρίστη ἐκ παλαιῶν ἱστοριῶν συλλέγουσα δι' ἣν αἰτίαν εἴωθεν ἑορτάζειν ἡ τοῦ Θεοῦ ἁγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία τὴν ἑορτὴν τῆς ἀκαθίστου. = (Maria Deipara) B59.

18. (Fol. 181ᵛ-185ᵛ). Μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων μεγάλων μαρτύρων τεσσαράκοντα τῶν ἐν Σεβαστείᾳ μαρτυρησάντων.

Ed. Abicht-Schmidt, in *Archiv für slavische Philologie*, XVI, 144-152.

19. (Fol. 197ᵛ-205ᵛ). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ καλυβίτου τοῦ διὰ Χριστὸν πτωχοῦ.

Inc. Τυραννικόν τι χρῆμα τεκόντων στοργὴ καὶ δεσμὰ φύσεως — Des. τάδε διαδόντες τοῖς δεομένοις ἵν' ἔχοι τι καὶ τὸ δένδρον ἀκόλουθον τῷ καρπῷ... ἀμήν.

20. (Fol. 207-209). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἀλεξίου τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ.

Ed. F. M. Esteves Pereira, in *Anal. Boll.*, XIX, 243-253.

21. (Fol. 210-223ᵛ). Βίος καὶ πολιτεία τῆς ὁσίας μητρὸς ἡμῶν Μαρίας τῆς Αἰγυπτίας τῆς ἀπὸ ἑταιρίδων ἀσκησάσης ὁσίως παρὰ τὴν ἔρημον, συγγραφεὶς δὲ παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Σωφρονίου ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων. = B.

Des. ἐτελεύτησε δὲ καὶ Ζωσιμᾶς εἰς ἐκεῖνο τὸ μοναστήριον ἑκατὸν ἐτῶν ὡς ὁ λόγος γινόμενος... ἀμήν.

CODEX 82

Chartaceus, foliorum 201, 0m,24 × 155, lineis plenis diversis manibus saec. XII et sqq. exaratus, tabulis ligneis pelle nigra contectis compactus.

Miscellaneus est, et inter varia theologica haec complectitur, quae hagiographica sunt.

1. (Fol. 1-31). Βίος τοῦ μεγάλου Παϊσίου συγγραφεὶς ὑπὸ ἀββᾶ Ἰωάννου τοῦ Κολοβοῦ.

Inc. Ὥσπερ τὰ τερπνὰ τοῦ βίου καὶ παρόντα τρεπτὰ καὶ λυόμενα. — Des. mutil. καὶ τί τῷ ὑπὲρ φύσιν ἀντιμάχεσθαι ὢ οὗτος πρὸς ἐκείνους ἔφη τὸν αὐτοῦ συνεράστης.

In marg. inferiore fol. 31v scripsit manus recentior : λείπουσι τὰ ἑξῆς.

2. (Fol. 33-94). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ διαλάμψαντος ἐν ἀσκήσει κατὰ τὴν μεγίστην λαύραν τοῦ ἁγίου Σάββα, ἔπειτα γεγονότος καὶ ἐπισκόπου πόλεως Ἐδέσης καὶ ἀξιομνημόνευτα κατορθωκότος ἔργα, συγγραφεὶς παρὰ Βασιλείου ἐπισκόπου Ἐμέσης. = B.

Des. mutil. his verbis : ἐγὼ μὲν οὖν καθὼς ἐκέλευσας τὴν |

In marg. inferiore fol. 94v, scriptum est : λείπουν τὰ ἑξῆς.

CODEX 83

Membraneus, fol. 322, 0m,225 × 0m,18, lineis plenis saec. XI exaratus.

Codici praefixa sunt septem folia chartacea ex alio codice multo recentiore desumpta ad prima codicis folia membranea supplenda.

(Fol. 3-13v). Βίος ἐν ἐπιτομῇ τοῦ ἀββᾶ Ἰωάννου τοῦ ἡγουμένου τοῦ ἁγίου ὄρους Σινᾶ τοῦ ἐπίκλην σχολαστικοῦ τοῦ ἐν ἁγίοις ὡς ἀληθῶς. = (Iohannes Climacus) B.

Reliquum codicem orationes Iohannis Chrysostomi complent.

CODEX 129

Chartaceus, foliorum 275, 0m,21 × 0m,15, lineis plenis XVII saec. exaratus, tabulis ligneis pelle nigra contectis compactus.

1. (Fol. 1-5v). Βίος καὶ πολιτεία καὶ μερικὴ θαυμάτων διήγησις τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων ἀναργύρων Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ. = B2. Nov. 1.

2. (Fol. 5v-19v). Μαρτύριον τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἀκινδύνου, Ἀφθονίου, Πηγασίου, Ἐλπιδιφόρου καὶ Ἀνεμποδίστου. = B3. Nov. 2.

3. (Fol. 19v-35v). Ἄθλησις τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων μαρτύρων Ἀκεψιμᾶ, Ἰωσὴφ καὶ Ἀειθαλᾶ. = B. Nov. 3.

4. (Fol. 35^{v}-66^{v}). Βίος καὶ πολιτεία καὶ ἀγῶνες τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωαννικίου τοῦ μεγάλου. = B 3. Nov. 4

5. (Fol. 66^{v}-75^{v}). Μαρτύριον τῶν ἁγίων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων Γαλακτίωνος καὶ Ἐπιστήμης. = B. Nov. 5.

6. (Fol. 75^{v}-81^{v}). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Παύλου τοῦ ὁμολογητοῦ ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως. = B 2. Nov. 6.

7. (Fol. 81^{v}-87^{v}). Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Ἱέρωνος καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἁγίων τῶν ἐν Μελιτινῇ ἀθλησάντων. = B.

8. (Fol. 87^{v}-105^{v}). Βίος καὶ πολιτεία καὶ ἄσκησις τῆς ὁσίας Ματρώνης. = B 1. Nov. 10.

9. (Fol. 105^{v}-116^{v}). Βίος καὶ πολιτεία τῆς ὁσίας καὶ μακαρίας Θεοκτίστης τῆς Λεσβίας. = B 2.

10. (Fol. 116^{v}-122). Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Μηνᾶ τοῦ ἐν τῇ Κωτυαείῳ μαρτυρήσαντος. = B 3. Nov. 11.

11. (Fol. 123-161^{v}). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας τοῦ ἐλεήμονος. = B 2. Nov. 12.

12. (Fol. 161-252^{v}). Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου. = B 4. Nov. 13.

13. (Fol. 252^{v}-257^{v}). Ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον Φίλιππον. = B 3. Nov. 14.

14. (Fol. 257^{v}-275). Μαρτύριον τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ μεγάλων μαρτύρων Γουρία, Σαμωνᾶ καὶ Ἀβίβου. = B. Nov. 15.

Codex 139

Chartaceus, miscellaneus, foliorum 175, $0^{m},215 \times 0^{m},145$, lineis plenis saec. XV exaratus. Tabulis ligneis pelle nigra contectis compactus. Deest principium. In fine codicis duo folia aliena nullius momenti addita sunt.

Praeter sequentia hagiographica, exscripta sunt in codice diversa de caeremoniis ecclesiasticis.

Haec nota in fine legitur: Ἔλαβα ταύτην τὴν βίβλον τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς τὴν μετάφρασιν σὺν τῷ ἐπιλοίπῳ, ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκ τῶν χειρῶν διδασκάλου Ἰλαρίωνος τοῦ ἐκ Κρήτης ἣν καὶ γράψας οἰκείοις χέρσιν ἐξαπέστειλεν ὁ ἡμέτερος ἐν ἱερομονάχοις καὶ προηγούμενος τῆς σεβασμίας μονῆς ἡμῶν τοῦ τιμίου Προδρόμου, ἣν Ματθαῖος ὁ Δροσᾶς, ἕνεκα ψυχικῆς αὐτοῦ σωτηρίας καὶ εἰς μνήμην τὴν διηνεκῆ ἐν ἔτει ,ζρη' ἐν μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ἰνδυκτιῶνος η' ἡμέρᾳ πέμπτῃ ὁ ἐν ἱερομονάχοις ἐλάχιστος Πορφύριος σὺν τῷ γέροντι ἡγουμένῳ Ἱερεμίᾳ εὑρε-

θέντι ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀναγκαίας χρείας κατεπειγούσης ἡμᾶς τοῦ μοναστηρίου περὶ χαρατζίου προβάτων τε καὶ δεκάτων.

1. (Fol. 1-28). Encomium S. Theodosiae, a. Constantino Acropolita. = B.

Inc. mutil. his verbis : Πρόβολός τις ἄτρεστος (sic) ὡς ἀληθῶς ἀνεδείχθη καὶ ἀκαταγώνιστος πρόμαχος.

2. (Fol. 29-42^{v}). Ἐγκώμιον εἰς τὴν ἁγίαν ὁσιομάρτυρα καὶ θαυματουργὸν Θεοδοσίαν τὴν παρθένον.

Inc. Εἰ καὶ πολλῶν ἀφορμὴν πρὸς κακίαν ἐδείχθη Κοπρώ[ν]υμος καὶ τῶν ἀτελευτήτων κολάσεων πρόξενος ὥσπερ — Des. πᾶσιν ἁπλῶς ἐπικαλουμένη Θεοδοσία κηδεμὼν γίνεται καὶ προστάτις, καὶ περιβόητον ἄκουσμα ἧς καὶ ἡμῖν... ἀμήν.

Codex 157

Chartaceus, miscellaneus, foliorum 338, 0^{m},21 × 0^{m},15, lineis plenis saec. XIV exaratus, ligneis tabulis pelle rubra contectis compactus.

Praeter sequens documentum hagiographicum, codicem diversa scripta implent, de quibus cf. Ὁ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἑλληνικὸς Φιλολογικὸς Σύλλογος, παλαιογραφικὸν δελτίον παράρτημα τοῦ ις΄ τόμου 1885. Κωνσταντινούπολις, p. 11-15, ὑπὸ Παπαδοπούλου Κεραμέως.

(Fol. 1-8). Μαρτύριον εἰς τὸν ἱερομάρτυρα τοῦ Χριστοῦ Εὔπλον, ἐν ᾧ καὶ θαύματα μερικά· συγγραφὲν παρὰ Ἰω[άννου] ἱερέως τοῦ Ἀσκανδάλη· καὶ πρωτεκδίκου τῆς ἁγιωτάτης μητροπόλεως Αἴνου.

Inc. Θεὸς ἡγείσθω παντὸς ἔργου καὶ λόγου φησί τις τῶν παλαιῶν.

Altera septimi folii pagina vacua relicta, desinit libellus mutilus in his verbis : καὶ τοῦτο δὴ μετ' οἰμωγῆς καὶ ταῖς ἐγκυμονούσαις παρόμοιον· ὡς δι' ἀ...

INDEX SANCTORUM

MIRACULUM S. BERNARDI

AUCTORE HERBERTO

In bibliothecae regiae Bruxellensis codice 4877-86, saeculi XIII, exscripta est, f. 120v-126, narratio quaedam, cui praemittitur iste titulus rubricatus : Miraculum de novitio Hyspaniensi. *Quam narrationem cum perlegissemus, facile deprehendimus in ea referri miraculum aliquod S. Bernardi; per illum siquidem novitius ille Hispaniensis a daemonum vexationibus liberatus est.*

Erravimus porro, quando illum codicem in nostro Catalogo codicum hagiographicorum bibliothecae Bruxellensis (1) *recensebamus, cum affirmavimus unum tantummodo in eo codice documentum hagiographicum contineri. Non solum enim inest, quod modo diximus, miraculum S. Bernardi, f. 120v-126, et visio Petri Igniacensis, f. 126-127v, quae in catalogo recensita est; sed legitur et tertium documentum, nimirum, f. 140-141, epitome brevis eaque non integra Vitae S. Theoderici, abbatis Andaginensis* (BHL. *8050*).

Quae epitome sic incipit : De alio rege (2) Theoderico cuius vitam Dominus pretio sanguinis redemit de interitu, id est corruptione quae tanta est in corpore et aggravat animam, sed finietur cum induet incorruptionem, quia servivit ei cui servire regnare est et coronabit eum quia vicit, quod non nisi ab eius misericordia et miserationibus, et ideo Theodericus de paradiso, non de inferno dicendus est. Erat miles quidam honorata natus familia habens uxorem religiosam et timentem Deum. *Postquam autem narravit auctor devictam esse arrogantiam Lamberti monachi, viso parvulo Iesu in ulnis abbatis Theoderici recumbente* (*cf. Vitae maioris cap. 3*), *ceteris omissis, ita desinit :* Ille in eum quem in sinu abbatis videbat obtutibus haerens, nec respondit nec exivit. Expletis matutinalibus hymnis ad abbatem venit, pedibus eius se prostravit, peccata sua confessus, veniam rogavit. Abbas obstupuit Deoque gratias egit. Finis.

(1) T. I, p. 465. — (2) Nempe, in praecedentibus foliis (126-139), agitur de Theoderico rege, cuius gesta nuper edebat B. Krusch, *MG*. Scr. rer. Merov., t. II, p. 201.

Sed ad miraculum S. Bernardi redeamus. Contigit illud anno Christi 1184 in abbatia Cisterciensis Ordinis dicta Morerola (1), *in gratiam alicuius novitii nomine Ferrandi. Rem autem gestam scriptis mandavit Herbertus* (2) *abbas Superati monasterii* (3). *Quem unum eundemque esse cum notissimo illo Herberto, Cisterciensi monacho, discipulo S. Bernardi, postea vero Turrium Sardiniae archiepiscopo, qui libros tres de miraculis sancti patris sui* (BHL. *2341*) *circa annum 1178 conscripsit* (4), *nequaquam affirmare ausim. Nullum enim ut hoc asseramus praesto est indicium, nec satis esse videtur quod non obstat tempus nec rerum gestarum natura, nec scribendi ratio. Certiora autem, quae proferamus, habemus, Herbertum nempe nostrum non alium esse atque istum abbatem Aybertum vel Aibertum ad quem saepius in operibus suis appellat Chrysostomus Henriquez. De illo Ayberto ita loquitur Carolus de Visch : " Aybertus, quidam Abbas Ordinis Cisterciensis in Hispania, „ scripsit* librum de viris sanctitate illustribus sui ordinis, maxime „ Hispanis. *Citatur ab Henriquez in Menologio 13 septembris, 11 octo- „ bris et 1 novembris* (5). „ *Quibus diebus addas oportet et 1 augusti. Iam vero in his quatuor locis* Menologii (6) *ab Henriquez compositi affertur semper Ayberti caput secundum; in quo capite laudantur Petrus primus abbas Morerolensis, alter Petrus eiusdem coenobii monachus et Rodericus Morerolensis novitius. Praeterea in iisdem locis bis* (7) *meminit Henriquez de visione quam expertus est Ferrandus novitius ille Hispaniensis, cuius historiam narrat Herbertus noster. Sed quod maius est, Henriquez duas integras sententias ex libro Ayberti recitat* (8), *quas et in miraculo ab Herberto abbate Superati relato invenies; in quarum altera Petri abbatis Morerolensis spiritus propheticus laudatur* (9), *in altera autem traditur quanta gloria S. Bernardus in caelis sit ornatus* (10).

Ex quibus manifestum est narrationem in codice Bruxellensi

(1) Sita est haec abbatia in Hispaniae provincia Legionensi et dioecesi Zamorensi, ad ripas Ezlae, in Tavira valle. Cf. L. Janauschek, *Originum Cisterciensium* t. I (Vindobonae, 1877), p. 23, n. liv. — (2) Cap. i. *Eapropter ego Herbertus abbas Supperaddi...* — (3) *Superatum*, vulgo *Sobrado*, coenobium est Cisterciense in Gallecia et dioecesi Compostellana, in valle Presares, ad Tambrem fluvium. De quo L. Janauschek, *op. cit.*, p. 67, n. clxiv. — (4) Cf. G. Hüffer, *Der heilige Bernard von Clairvaux*, Münster, 1886, p. 158-71. — (5) *Bibliotheca scriptorum sacri ordinis Cisterciensis*, Duaci, 1549, p. 9. — (6) Pp. 248, 311, 344, 369. — (7) Ad diem 1 augusti, p. 248, et ad diem 1 novembris, p. 369. — (8) *Ibid.*; et etiam *Fasciculi Sanctorum Ordinis Cisterciensis*, lib. 2, dist. 26, cap. 15, p. 257. — (9) Infra, n. 3. *Erat autem praefatus* (Henriquez *praedictus*) *Petrus abbas... quod habitura esset filium.* — (10) Infra, n. 6. *Sanctus Bernardus ita splendidae faciei est quod* (Henriquez *ut*) *nemo potest* (Henr. *possit*) *vultum eius intueri* (Henr. *aspicere*). *Ceteri vero* (*Cistertienses* add. Henr.) *valde splendidi* (Henr. *splendidae lucis*) *sunt et coronas aureas in capitibus habent.*

n. 4877-86 descriptam ad Ayberti saepius ab Henriquez citati libellum de viris sanctitate illustribus ordinis Cisterciensis pertinere. Utrum vero textus Bruxellensis efficiat integrum libellum an partem tantum referat, non licet omnino definire, quoniam aliud libelli illius exemplar nuspiam inventum esse videtur (1). *Partem tantum hanc esse amplioris libelli innuit sane Henriquez. Illud tamen mirum restat ipsum Henriquez in operibus suis ex Ayberto nihil aliud excerpsisse praeter ea quae in documento Bruxellensi continentur.*

De ipsis rebus ab Herberto narratis iudicium rectum haud aegre feret, qui ea perlegerit. Cum tamen ad historiam Cisterciensium nonnihil conferat et miraculorum a S. Bernardo patratorum seriem aliquantulum compleat, narrationem illam inter Analecta *nostra edendam putavimus.*

Miraculum de novitio hyspaniensi. f. 120r.

1. Ad gloriam regis aeterni respicere comprobatur quotiens gloriose aliquid ab eo factum a subiecto milite dilatatur. Eapropter ego Herbertus abbas Supperaddi, quae sub praesentia nostra contigerunt, ad aedificationem auditorum in multorum notitiam venire desideramus. Anno igitur ab incarnatione Domini Mºcºlxxxºiiij, ex iniuncto domni Clarevallensis (2) in partibus Hyspaniarum tenebar visitare quandam abbatiam ordinis Cisterciensis, nomine Morerolia; in qua sub oculis nostris accidit quod seriatim attestamur.

2. Erat in partibus illis adolescens quidam armiger simplicis naturae, idiota et sine litteris, sed nobili ortus prosapia. Huic, mortuo patre, voluntas venit saeculum relinquendi et artioris vitae vias aggrediendi. Quod effectui mancipare volens, confugit ad praefatam abbatiam, scilicet Moreroliam. A qua violentia propinquorum abstractus et in custodiam per annum aut eo amplius positus, tunc quidem a voluntate sua est evacuatus. Sed post solutus a custodia latenter ad praefatum monasterium confugit. Qui susceptus et in probatione positus, cum tres menses in simplicitate et innocentia ibidem vixisset, a diabolo hoc modo est circumventus. Quadam nocte dum matutinis interfuisset et frigus pateretur, de choro exivit tunicam vestiturus. Sed dum dormitorium intraret, ad lectum veniens tunicam minime invenit. Qua non inventa, ad necessaria vadit. In eadem via tunica ante pedes suos inventa, dum eam pede verteret, tandem manu

(1) Hucusque enim, praeter Henriquez, nemo Ayberti libellum cognovisse videtur; cf. N. Antonius, *Bibliotheca hispana vetus*, t. II, Matriti 1788, p. 363. — (2) Is erat Petrus I, cognomento Monoculus. Cf. *Gallia christ.*, t. IV, col. 803.



levans et ad lampadem considerans cognovit esse suam. Quam dum ad lectum portaret, audivit vocem diaboli post se dicentem : „ Putasne, remansurus es in monasterio isto? Ego te, quocunque ieris, „ persequar, donec te hinc eiciam „. | [f. 121.] Ad quam vocem perterritus novitius, totus intremuit et cum tremore ad chorum rediit. Mane facto, quid actum esset abbati et magistro suo retulit. Illi vero eum consolabantur, et sic dimisso non multum de eo quod retulerat curaverunt, sed nec ipse novitius. Post tres ebdomadas temptationibus circumvallatus, quas qui spiritualibus viris abscondit, semper in deterius cadit, cum vulnus tegit, morbus letaliter crescit, ita ut de fuga novitius deliberaret. Quadam die dum fratres post prandium dormirent, ipse de dormitorio exivit, abbatiam aliquantulum elongans ad quandam domum divertit. Ibique arreptus a diabolo sensum amittit, et a diabolo aliquandiu fatigatus; sed, parvo spatio interposito, eum dimittit. Novitio vero cogitante quod non bene faceret, ad monasterium rediit, et dum vesperae cantarentur, chorum intravit. Illi vero qui eum quaerebant et eum discessisse credebant, eo viso, exhilarati tacuerunt. Sequenti nocte dum ceteri dormirent, iterum mala voluntate concepta, a dormitorio exiturus nec ostium invenire, nec ad lectum redire potuit, sed tota nocte de lecto ad lectum girando, donec matutinae pulsarentur, et arreptus dirissime a daemone quasi insanus a fratribus apprehenditur et in infirmitorium portatur.

3. Ibique dum in alienatione mentis esset, apparuit ei quidam monachus iuvenis defunctus, qui bonae conversationis et in omnibus amabilis atque in ministerio hospitum, sed et mihi ipsi sedulus minister extiterat, Rodericus nomine. Hic novitium alloquens, “ Male, inquit, frater Ferrande „, —hoc enim nomen novitio,— „ fecisti, qui sicut canis ad vomitum secularis immundiciae redire „ disponebas, propterea sic a diabolo cruciaris et turbaris. Quando de „ dormitorio trahentibus te daemonibus | [f. 121v.] exire volebas, sanctus „ Michael ex adverso oppositus, obseratis portis dormitorii, exitum „ tibi denegavit. Sed fac ante altare sancti Bernardi te portari, et „ quaere ut detur tibi scapulare abbatis Petri, quod habet in quodam „ canistro frater Oerius plicatum et reconditum pro sanctitate tanti „ viri et reverentia; quo indutus* contra impugnationem daemonum „ protegaris. „ Frater vero Oerius de scapulari reddendo conventus, se habere negavit, et fratres, illo absente, suppellectilem eius scrutati, scapulare, sicut dictum erat, invenerunt. Erat autem praefatus Petrus abbas defunctus magnae sanctitatis homo et gratia miraculorum spirituque prophetiae insignis. Miracula eius norunt qui adhuc in eodem coenobio supersunt. Per spiritum prophetiae praedixit reginae Hyspaniarum quod habitura esset filium. Nam dum sine liberis esset et praefatum abbatem mandasset rogaretque ut pro hac re

* cod. inductus.

Deum precaretur, respondit eodem anno concepturam et filium parituram. Quod ita contigit. Praefatus infirmus dum iaceret ante altare sancti Bernardi, nos qui aderamus audivimus tres voces ita dissonas et diversas ut dilucide scire possemus quaenam esset quando sui compos erat et quae quando in extasi factus coetui fidelium defunctorum intererat, et quae quando a diabolo vexabatur. Iacuit autem ita per quatuor dies, videbatque qualiter diaboli ad eum manifeste veniebant, et mox tremebundus clamabat : " Modo veniunt, modo veniunt, per „ illam et per illam fenestram, per illud et per illud ostium me vexa- „ turi intrant. „ Stringens pendentia scapularis circa pectus et circa collum, totus in clamore horribili et pavore intolerabili manebat, ita ut qui aderamus eius miserati afferri iuberemus pallium sancti Bernardi, quod erat in eodem coenobio. Quod arripiens sese modis | omni- f. 122. bus circa collum et pectus protegebat. Cum vero diabolus eum cruciabat, tunc horrisonas blasphemias in Deum et miserabiles voces emittebat, spumans et proiciens se hac et illac miserabiliter extendebat.

4. Abbas autem loci illius et ego ceterique, qui cruciatui eius non sine compassione aderamus, fecimus afferri crucem auream, quae erat in eodem coenobio, in qua erat de ligno Domini, et illam in os patientis usque ad guttur saepius mittentes, diabolum compellebamus exire. At ille aperto ore et dentibus quasi candens ferrum crucem contingere refugiebat, sed contra furibundus vociferabatur : " Quare „, inquit, " de casa mea eicere me vultis, maxime cum meus sit et se mihi tra- „ didit? Ut quid Bernardus vir pilosus et hispidus sic me infestat? „ Non exibo propter ipsum. „ Sed nos auctoritatem scripturae sequentes, quae dicit: *Omnia possibilia credenti* (1), vehementer instabamus illum exire compellentes. Tandem victus in hunc modum verba formabat : " Vultis ut exeam? Quare me de casa mea eicitis? „ Qua exibo? Per fundamentum et posteriores partes an per os? „ Ad quod respondimus : " Neque per posteriora neque per os; nec „ enim volumus ut aliquid inhonestum inter nos committas, nec „ creaturam Dei in aliquo laedas. „ Tandem victus dimisit eum interius, sed exterius tam ille qui de interioribus exierat quam ceteri daemones eum tormentis et verberibus afficiebant, ut vexato plangendi non esset modus. Inter quos erat quidam qui christianus miles extiterat, Martinus Karrilli vocatus, cuius opera adeo mala erant ut post mortem de homine totus in diabolum transiret. Nam captos a quibuscumque redimebat illosque tormentis inaudi|tis afficiebat, f. 122v. circulis caput astringendo, per pollices suspendendo et ceteris poenis secundum malitiam adinventionum illius exquisitis excruciando,

(1) Marc. IX, 22.

donec duplum vel eo amplius ab eis acciperet quam aliis pro eorum redemptione dederat. Uxor eius crudelitatem illius detestata ab eodem occisa est. Iste igitur Martinus Karrilli plus ceteris daemonibus novitium impetebat, sagittis et lanceis eum perforando, quia novitius, dum viveret, sub eo degens in eius societate aliqua mala perpetraverat. Post longum huiusmodi cruciatum daemones eum dimiserunt.

5. Post in excessum mentis factus, clausis oculis, in agonia iacebat. Et venientes ad eum frater Rodericus et domnus Petrus abbas duxerunt eum ad ecclesiam eximii splendoris et pulchritudinis et delectabilis amoenitatis, ad quam conveniebant monachi et plures alii defuncti divinum officium celebraturi, inter quos ille novitius, qui in extasi factus erat, sicut ex his quae cantabat discere poteramus, intererat; fidem denique omnibus dabat, quod erat sine scientia litterarum, nisi quod tantum in pueritia sillabicare didicerat, et hoc ita tenuiter, ut cum festuca singulas sillabas monstrando vix eas sciret; quod adhuc in probatione positus faciebat. Celebrabant autem missam ita morose et sollempniter cantando et neumata distinguendo, sicut consuetudo est in ordine Cisterciensi (1). Cantabat cum eis patiens novitius, cuius vocem audiebamus et ceterorum minime. Erat autem missa *Salve sancta parens,* at *Kyrieleison* chorus alternatim canebat, et novitius *Kyrieleison* dicebat, quotiens in suo choro oportebat. Hanc missam nullus in eodem conventu cantare poterat, f. 123. nisi quidam sacrista defunctus loci illius, Petrus | Deri nomine, quod ideo meruerat quia, dum adviveret, quotiens vacabat, de sancta *cod. non erat. Maria missam cantabat, et ideo quasi proprie capellanus eius erat *. Post *Kyrieleison* respondebat novitius dicenti *Gloria in excelsis Deo, Et in terra pax hominibus bone voluntatis* et cetera. Cumque novitius prae infirmitate cantare non posset, dicebat secundum idioma linguae suae : " Non possum cantare, frater Roderice; domne Petre „ Deri, cantate „; extussiens, cum pectus liberum haberet, iterum cantabat. Haec quidem crebro faciebat. Post *Gloria in excelsis Deo,* respondebat ad *Dominus vobiscum, Et cum spiritu tuo,* et ad primam collectam *Amen,* et post ceteras iterum *Amen.* Post epistolam, graduale et *Alleluia* et *Gloria tibi Domine*, et ad offerendam et ad *Sanctus,* ad *Pater noster,* ad *Agnus Dei,* ad communionem, ad collectas ultimas praefatus novitius cantabat et respondebat *Et cum spiritu tuo,* ad *Ite missa est, Deo gratias.* Canon tanta morositate dicebatur, ut septem psalmi cantari possent. Quando collectae vel epistola vel evangelium aut canon vel aliquid huiusmodi dicebatur, novitius clausis oculis quasi in extasi tacebat. Post missam cantaverunt vesperas de sancta Maria *Dixit Dominus* alternatim. Ipse novitius

(1) Cf. S. Bernardi epist. ad Guidonem, *P.L.,* t. CLXXXII, col. 610.

respondebat vesperas incipienti *Domine ad adiuvandum me festina,* et post *Dixit Dominus* ita morose usque ad metrum trahendo, et ad metrum magnam pausam faciendo, sicut est consuetudo. Deinde ad versum, quem alter chorus dicebat, novitius tacebat; post incipiebat *Virgam virtutis tuae,* et sic omnes psalmos percantabant. Ad *Magnificat* cantabant antiphonam quam nunquam, qui praesentes eramus, audieramus; quam a novitio totiens audivimus, donec litteram et cantum teneremus. Erat autem littera eiusdem antiphonae talis : *Sancta Maria, non est tibi similis orta in mundo, inter mulieres florens ut rosa, flagrans sicut lilium, ora pro nobis, sancta Dei genitrix, alleluia.* | f. 123v. Locum abbatis abbas Petrus tenebat. Quando sanctus Bernardus aderat, secedebat abbas Petrus in locum prioris. Inter quos et Stephanus Cemorensis episcopus (1), qui benedictionem accipiebat; quod ex eo colligimus quod post vesperas novitius respondebat *Deus meus sperantem in te* et *Deprecabilis esto servis tuis.* Iste Stephanus erat magnae devotionis et dilectionis erga ordinem Cisterciensem et praecipue erga Claravallenses. Qui singulis missas assignabat : " Vos „, inquit, " cantate pro fratribus adhuc in saeculo laborantibus; vos „ pro defunctis fratribus, vos de Spiritu sancto, et vos, frater Petre „ Deri, cantate de sancta Maria „, atque ceteris in hunc modum assignabat.

6. Post haec venerunt ad novitium frater Rodericus et domnus Petrus abbas arguentes eum transgressionis et dicentes eum hac de causa ista pati, quod sine licentia cum quodam fratre, qui Iohannes Zabata dicebatur, locutus est et cum eo de fuga consiliatus, atque cum quodam clerico iterum sine licentia est locutus atque consilium fecit cum eo discedendi, et sine licentia de infirmitorio ei ad comedendum portavit, et quodam tempore, cum iret per pomerium, pomum comederat. Haec omnia, sicut ex responsionibus eius colligere poteramus, reprehendebant. Dicebat autem novitius submissa voce : " Verum est quod cum fratre Iohanne Zabata locutus sum et cum „ clerico, et quod pomum comedi „. At abbas Petrus iubebat ut acciperet disciplinam. Ille vero submissa voce dicebat : " Vos „ inquit, " vultis ut accipiam disciplinam; placet mihi, placet mihi, faciam „. Et erigens se cum reverentia et cautela honestissime se cingulo tenus* nudabat et adgeniclabatur, et percutiens pectus secundum idioma linguae suae dicebat : " Mea culpa, ego meliorabo „. Et | spatio interposito, iterum percutiens pectus suum dicebat : " Mea culpa, ego „ meliorabo „. Quod aliquotiens usque XXV vices faciebat; ex quo convenimus tot ictus eum accepisse quot vicibus pectus percutiebat.

* *cod.* se cingulo tenus se nud.

f. 124.

(1) Nimirum Stephanus, episcopus Zamorensis, ab anno 1150 ad annum 1168. Videsis Gams, *Series episcoporum*, p. 91.

Et certe omnibus miraculo fuit quod adolescens, qui nunquam disciplinam dare viderat vel accipere, ita honeste ad disciplinam accipiendam se componebat. Tandem sui compos aliquantulum factus, quaerebamus ab eo quales essent sanctus Bernardus et domnus Petrus abbas vel ceteri. Ad quod dicebat : " Sanctus „ Bernardus ita splendidae faciei est, quod nemo potest vultum eius „ aspicere. Ceteri vero valde splendidi sunt et lucidi et coronas „ aureas in capitibus habent „. Inter quos erat quidam novitius, quem abbas de Superaddo, qui visitabat domum illam, prae parvitate et iuventute eicere volebat; qui in probatione obierat. Nos autem quaerebamus ab eo utrum frater Rodericus coronam auream haberet : " Habet „, inquit, et ponens digitum ad occiduam capitis partem : „ Hic „, inquit, " non coniungitur eius corona, et deest ibi lapis pre„ tiosus, et foeda est apertura „. Et hoc ideo quia cum viveret, iniungebatur ei aliqua levis obedientia, sicut est infirmo servire, ad missas privatas servire, vel aliquid huiusmodi, quod aliquotiens facere recusabat, amans esse quietus et intentus lectioni. Iacuit autem novitius post quatuor dies non manducans neque bibens et per vices sibi succedentes modo a diabolo vexabatur, modo interfuit missam celebrantibus in illa spiritali et lucida domo, in qua divinum officium sine difficultate cum magna facilitate et laetitia fiebat, et modo compos sui quae viderat referebat. Septem disciplinas per vices succedentes accepit.

7. Quadam die iussimus ei dari corpus Domini. Quod postquam f. 124v. accepit, daemon qui dicebatur Martinus | Karrilli eum dirissime vexabat. At nos illi dicebamus : " Quare, „ impiissime daemon, „ ausus es super corpus Domini venire? „ Ille : " Quare „ inquit, " corpus Domini super me venit? „ Qui etiam ita improbus extiterat, ut quotiens ceteri ligno Domini cederent, ipse cedere nollet, et hoc ideo quia christianus extiterat. Ad quem dicebamus : " Tune ille qui dixisti : *In caelum conscendam supra astra caeli, „ collocabo solium meum et similis ero Altissimo* (1)? At ille : " Ego „, inquit, " sum „. — " Et quare in tantam superbiam elatus es? „ Ad quod ille : " Adhuc „, inquit, " futurum credo „. At nos contra : " Abscede, immundissime „. Ad extremum vidit novitius Martinum Karrili venientem et exclamavit eum advenire. Vidit et quandam reginam defunctam terrae illius ardentem et igneam. Quam appropinquare aspiciens, exclamavit : " Auferte maledictam illam. Nam „ tota infernali igne exaestuat „. Vocabatur autem praefata regina Tarisia, quae sanctimonialis extiterat. Machinata est enim cum rege terrae illius ut de claustro violenter extraheretur et regali thoro

(1) ISAIAS, XIV, 14.

L'ouvrage est loin d'être d'une homogénéité parfaite. On y aperçoit deux rédactions distinctes; certaines formules marquent les points de suture. La finale du chapitre premier (n° 8) appelle le récit de la mort, qui se trouve reporté au chapitre troisième (n° 17) (5). *Le second auteur, qui insiste sur le côté miraculeux de la Vie, après avoir intercalé dans le récit primitif le chapitre deuxième et les alinéas 15 et 16 du chapitre troisième, reprend, ce semble, sa narration à l'alinéa 20, pour terminer son récit par la translation du corps saint* (6). *Mais de*

(1) S. Ouen mourut le 24 août 684 (cf. Vacandard, *Revue des quest. hist.*, t. L, p. 504). La première élévation du corps saint eut lieu le jour de l'Ascension 688. Cf. *Vita 1a Audoeni*, n° 20; *Vita 2a*, n° 43, dans *Act. SS.*, Aug. t. IV, pp. 802 et 819. (Nous désignerons la *Vita 1a* par *Vita* **A**; la *Vita 2a* par *Vita* **B**; et la *Vita* que l'abbé Sauvage a publiée dans les *Anal. Boll.*, t. V, p. 67, par *Vita* **C**). La *Vita Ansberti* (n° 29, *Act. SS.*, Febr. t. II, p. 353) mentionne également cette translation, et ajoute : *Factaque est deinceps per succedentia tempora in commemoratione beati pontificis Audoini illius urbis civibus haec dies sollemniter celebris.* — (2) Cf. la charte de l'évêque Herlemond (décembre 712, ou janvier 713) dans *Œuvres de Julien Havet* (Paris, 1896), t. I, p. 433. — (3) Cf. *Vita S. Leufridi*, commentarius praevius, n° 1 (*Act. SS.*, Iun. t. IV, p. 105). — (4) La *Vita* A, dans *Act. SS.*, Aug. t. IV, p. 805 et suiv. — (5) Le n° 8 finit par ces mots : *Requiem post tantum laborem dedit. Ista pauca breviter concludenda sunt, ne sermo incultus fastidiat.* Et le n° 17 commence ainsi : *Iam sermo incultus, ne fastidium generet, conquiescat; et ad obitum sancti viri tendat oratio.* C'est la suture. — (6) Cf. ses formules : *Ad miracula eius transeat oratio, vel quod a discipulis eius narrantibus cognovi et pauca de multis curavi adnectere* (n° 9). *Quid referam de miraculis in Spania, Italia, vel Galliarum provinciis ... sed pauca de plurimis huic operi adnectere* (n° 14). *De tantis miraculis ... sufficit pauca dixisse de plurimis ... lustret Galliam.. Aquitaniam et Italiam* (n° 20). Ce qui nous fait croire que le premier récit se ter-

seconde ou de première main, l'ensemble de cette biographie offre un caractère sérieux d'historicité. La partie la plus récente ne saurait guère être postérieure aux premières années du huitième siècle (1).

Des moines de l'époque carolingienne la reprirent en sous-œuvre. Il nous est resté deux recensions de leurs essais. A vrai dire, ces deux Vies de S. Ouen reproduisent, la première avec quelques variantes peu considérables, la seconde avec des additions assez importantes, un texte unique (2). *L'auteur de ce texte pourrait être contemporain de Charlemagne, et il est, en tout cas, antérieur à Charles le Chauve; car il ignore l'invasion de la Basse-Seine par les Normands. Bien qu'il soit anonyme, on devine aisément son origine rouennaise. Outre la première Vie de S. Ouen, il a, pour composer son œuvre, consulté le* Liber historiae Francorum (3), *la Vie de S. Colomban* (4), *la Vie de S. Éloi* (5), *et vraisemblablement les Actes de Ste Hildemarque* (6). *Les archives de Rouen lui ont été ouvertes, nous dit-il* (7). *Si cette remarque n'est pas de lui, elle est du copiste qui nous a donné la plus ancienne recension de son œuvre. Celui-ci n'a guère fait que reproduire le texte qu'il avait sous les yeux. La seule réflexion caractéristique qui lui appartienne en propre, c'est que la Vie de S. Éloi est l'œuvre de S. Ouen.*

Il serait difficile d'assigner une date précise à la seconde version de la Vie carolingienne, que Sauvage a publiée dans les Analecta Bollandiana. *Nous croirions volontiers qu'elle est postérieure à l'invasion normande, en raison de l'allusion qu'elle contient aux " lieux qui ont été illustrés par la présence du saint et qui gardent avec une pieuse vénération le souvenir de ses reliques "* (8). *Mais ce n'est là qu'une conjecture.*

minait par le n° 19, c'est la finale de cet alinéa qui relate les miracles opérés autour du tombeau, selon la formule usitée par les hagiographes. — (1) *Quae a discipulis eius testibus idoneis narrantibus agnovi*, cap. II, n° 9. Cette formule en elle-même n'est pas probante. Mais si l'on considère que l'auteur de la Vie carolingienne n'a fait que développer le texte complet de la *Vita* A, il y a tout lieu de croire que celle-ci était déjà accréditée, et par conséquent qu'elle remontait à peu près aux origines.— (2) Le P. de Smedt, dans son *Monitum praevium* à la *Vita Audoeni* C, éditée par Sauvage (*Anal. Boll.*, t. V), estime qu'il y a eu un texte primitif d'une seconde Vie de S. Ouen, d'où seraient dérivés les textes que nous avons appelés *Vita* B (*Act. SS.*, Aug. t. VI, p. 810 et suiv.) et *Vita* C (édit. Sauvage, *loc. cit*). Nous admettons cette explication, à la condition que l'on considère la *Vita* B comme le texte primitif à peine modifié. La seule interpolation que nous y constatons concerne la rédaction de la Vie de S. Éloi (n° 42). La variante est si légère que nous avons traité la *Vita* B comme le texte primitif de la seconde Vie de S. Ouen. — (3) Cf. *Liber hist. Franc.*, cap. 47 (éd. Krusch, p. 321) et *Audoeni Vita* B, n° 35. — (4) *Vita* B, n° 2 (cf. *Vita Columbani*, cap. 50, dans Mabillon, *Acta SS. Ord. S. Ben.*, saec. II, p. 25). — (5) *Vita* B, n°s 10 et suiv. (cf. *Vita Eligii*, lib. I, cap. 33-35; lib. II, cap. 2; Migne, *P.L.*, t. LXXXVII, col. 505-507 et 511-512). — (6) *Vita* B, n°s 24-25. Sur les *Acta Hildemarchae* perdus, cf. *Vita Wandregisili posterior*, cap. 17, dans Mabillon, *Acta SS. Ord. S. Ben.*, saec. II, p. 542. — (7) *Vita* B, n° 42. — (8) *Vita* C, cap. XXVI, n° 71.

Nous ne sommes pas mieux renseignés sur la provenance de cette Vie. Tout ce que nous savons, c'est que l'auteur n'est pas Rouennais. Il invoque néanmoins S. Ouen comme " patron „ (1). Les pages qu'il consacre à S. Marcouf (2) sembleraient nous inviter à le considérer comme Normand. Mais d'autres indices, notamment la manière dont il désigne les Austrasiens, nous portent plutôt à voir en lui un habitant de la France orientale (3). L'ouvrage (sauf les additions qui regardent S. Marcouf et le voyage de S. Ouen à Nanteuil, dans le Cotentin) n'est guère qu'une amplification oratoire du texte carolingien primitif, avec une abondance extraordinaire de pieuses effusions. Ce genre mystique appliqué à l'histoire, n'était pas pour déplaire au moyen âge. Aussi a-t-il obtenu un grand succès, même à Rouen, qui possédait déjà plusieurs Vies de S. Ouen (4).

Le gouvernement des ducs de Normandie vit éclore toute une littérature nouvelle en l'honneur de notre saint. Les diverses translations de ses reliques, la part que Rollon et Richard Ier prirent à leur retour et à l'ornementation de la fierte qui les renferme, ne pouvaient rester dans l'oubli. Deux moines, dont l'un au moins appartient au Xe siècle, se chargèrent d'écrire l'histoire de ces événements (5).

Le XIe siècle est particulièrement riche en documents de même nature. La renaissance des écoles, qui se remarque un peu partout à cette époque, ne jette nulle part un plus vif éclat que dans l'abbaye de Saint-Ouen. On y cultive à la fois les lettres et la musique (entendez le plain-chant). Et de tous les saints qui sont honorés dans le monastère, c'est, on le devine, surtout le patron lui-même qui inspire les écrivains et les musiciens. Sous l'abbé Henri († 1032), et dès avant 1030, le moine Isembert compose tout ensemble le texte et le chant de l'office de S. Ouen et de S. Nicolas (6). Un peu plus tard, sous l'abbé Nicolas (1042-1092), un

(1) *Imitemur itaque huius exempla patroni. Ibid.*, nº 73. Dans le passage parallèle la *Vita* B (nº 45) dit : *antistitis nostri.* La note de Sauvage sur le début du prologue de la *Vita* C ne nous paraît pas motivée. — (2) Cap. XVIII, nº 47. — (3) *Inter Austrasios et eos qui Occidentis inhabitabant plagam Francos orta seditio est* (cap. XXVI, nº 63). Les Austrasiens sont ici considérés comme des Francs. Dans le texte parallèle de la *Vita* B (nº 36), les Francs sont opposés aux Austrasiens : *Orta discordia inter gentem Francorum et Austrasiorum.* — (4) Le *Livre noir* de S. Ouen contient la *Vita* C (fol. 124 suiv.). — (5) *Variae translationes sacri corporis*, dans *Act. SS.*, Aug. t. IV, p. 820-824. Le premier ne connaît pas ce que fit Richard Ier († 996) pour S. Ouen.— (6) *Divinus Ysembertus, huius loci (Sanctae Catharinae de Monte) primus abbas et rector* (1030, cf. *Gallia Christ.*, t. XI, p. 125), *Spiritus sancti laudabiliter rexit monasterium, et quia in liberalibus disciplinis nulli suo tempore inferior habebatur, cum iam esset adhuc apud sanctum Audoenum, ab abbate Henrico et fratribus obnixe rogatus historiam B. Audoeni dulci modulamine composuit et beati Nicolai necdum apud nos auditam cantando propalavit; unde plures asseverant ab eo editam fuisse, sed humilitatis causa id profiteri noluisse. Chron. triplex* (cod. Y. 124 bibl. municipale de Rouen), p. 42.

poète du nom de Thierry met en vers la Vie de S. Ouen (1), *pendant qu'un autre religieux raconte en prose les nombreux miracles qui s'étaient accomplis ou s'accomplissaient encore autour de son tombeau* (2). *Et comme ce dernier panégyriste laissait à glaner après lui, il se trouva, aux environs de l'an 1100, un historien plus attentif qui recueillit et nous transmit une seconde série de prodiges opérés soit de son temps, soit avant lui, par les reliques du saint* (3).

Le Livre noir (4), *qui contient tous ces documents, nous offre encore d'autres œuvres appartenant au même cycle littéraire. C'est, d'une part, une composition rythmique attribuée par dom Pommeraye au moine Jean Diacre, et résumant la Vie de S. Ouen* (5). *Ce sont, d'autre part, un panégyrique attribué au même Jean* (6), *et deux autres sermons sans attribution, dont l'un devait être prononcé le jour anniversaire de la translation de S. Ouen par S. Ansbert* (7). *Joignons-y deux séries de " leçons " qui rentrent dans la catégorie des oraisons funèbres, telles que les entendait le moyen âge, et dont l'une n'est guère qu'une longue invocation* (8). *Nous n'ajouterons que pour mention les récits fabuleux et anonymes de deux voyages de S. Ouen à Rome* (9).

Tant de piété devait finir par éclater en hymnes joyeuses: le Livre noir *en renferme deux dont l'une est peut-être l'œuvre du moine Thierry, à qui nous devons déjà la Vie métrique de S. Ouen* (10).

(1) *Livre noir* (cod. Y. 41), col. 230 et suiv. L'ouvrage est dédié à l'abbé Nicolas. Déjà au temps de l'archevêque Robert (989-1037), un moine de Saint-Ouen, nommé Garnier, avait écrit une satire en vers contre un autre moine, un de ces étrangers que les ducs normands attiraient à leur cour. J. Lair, *Étude sur Dudon de Saint-Quentin*, p. 15. — (2) *Rogatus a patre Nicolao in historiam B. Audoeni superaddere miracula* (*Miracula Audoeni*, in *Act. SS.*, Aug. t. IV, p. 825 et suiv.). Le texte des Bollandistes est incomplet. Voir pour le complément, notre appendice A. — (3) *Alia miracula* (*Ibid.*, p. 837). Le texte donné par les Bollandistes est écourté. Nous donnons les passages omis, d'après le ms. U. 64 (fol. 98) de la bibliothèque de Rouen, dans l'appendice B. — (4) Nous appelons *Livre noir* le cod. Y. 41 (Omont 1406, XIIe siècle) de la bibliothèque municipale de Rouen. C'est un recueil de Vies de saints et notamment de documents qui ont trait à S. Ouen. Il était pour l'abbaye ce que le *Livre d'Ivoire* fut pour la cathédrale de Rouen. — (5) *Compendium Vitae rithmice compositum* (inédit), cod. Y. 41, fol. 223. Cf. Pommeraye, *Histoire de l'abbaye de Saint-Ouen*, p. 339. — (6) *Sermo in festivitate sanctorum quorum reliquiae*, etc. Cod. Y. 41, fol. 87 (cf. même dépôt, U. 64, fol. 171). Publié par Martène, *Thesaurus Anecdot.*, t. III, p. 1681 ; Migne, t. CLXII. Cf. Pommeraye, *op. cit.*, p. 339.— (7) *Sermo in beati Audoeni festivitate recitandus de vita et miraculis eiusdem sanctissimi patris nostri* (inédit). Cod. Y. 41, fol. 109. *Sermo recitandus in translatione quae fit III° nonas maii* (inédit; cf. *Neustria sancta*, 5 mai). Cod. Y. 41, fol. 121. — (8) *Lectiones in commemoratione sancti Audoeni quae fit feria* v^a^ (inédit). Cod. Y. 41, fol. 119. *Aliae lectiones de eodem* (inédit). Cod. Y. 41, fol. 120. — (9) Voir l'appendice C. — (10) *Hymnus ipsius pretiosi pontificis Audoeni confessoris* (5 × 4) : *Hymnum christo letitiae | Promat chorus ecclesiae*, etc. (Cod. Y. 41, fol. 180). *Ymnus eiusdem* (4 × 4) : *Mentis exultent organa | Audoenum laudantia.* (*Ibid.*, fol. 250). Cette dernière hymne est à la suite de la Vie métrique de S. Ouen composée par Thierry.

Durant le bas moyen âge l'abbaye vécut de ces richesses, sans y ajouter rien ou presque rien : quelques hymnes seulement (1) *grossirent le patrimoine littéraire dont le* Livre noir *contenait le dépôt. Mais au XVe siècle, un pieux rimeur entreprit de mettre en alexandrins quelques épisodes de la Vie de S. Ouen, notamment son voyage à Cologne, sa prétendue dévotion à S. Barthélemy, et deux ou trois miracles opérés dans le voisinage de Saint-Denis* (2). *L'œuvre atteste chez son auteur plus de bonne volonté que de talent; elle est surtout appréciable comme témoin de la langue à cette époque. Plus tard, Santeuil consacrera pareillement plusieurs de ses poésies latines à célébrer la gloire de l'évêque de Rouen* (3). *Il sera, à notre connaissance, le dernier poète, le dernier écrivain, qu'ait inspiré S. Ouen.*

Rouen, mai 1901. E. VACANDARD.

APPENDICE *A*

En tête des Miracula *publiés dans les* Acta SS. (*Aug., t. III, p. 825*) *par le P. Guillaume Cuypers, sur une copie que lui avait envoyée Frédéric Flouet, on trouve après le* Prologus, *sous la rubrique :* Tituli veterum capitum, *l'indication des miracles accomplis par saint Ouen, répartis en seize chapitres. Le chapitre X est intitulé :* De duodenne puero muto, linguae officio reddito ; *et le chapitre XI :* De iuvene sanato, ab inferiori membrorum parte praemortuo. *Or le texte ne contient pas ces deux chapitres. L'éditeur* (*p. 835, note* e) *s'excuse ainsi de son omission : « Hic in apographo nostro non occurrunt duo miracula, quae tamen in titulis capitum assignantur. » Nous comblons ici cette lacune à l'aide du* Livre noir *de saint Ouen* (*cod. Y 41*). *Le texte qui suit se lit aux fol. 203-204 :*

Contigit autem ut dum mulieris erectae fama per infusam turbam diffunderetur, mulier quaedam, quae filium duodennem sine linguae officio nutrierat, illuc forte cum filio oratura conveniret. Haec ubi consolidatae fama mulieris insonuit, arrepta manu filii ad locum, quo

(1) M. l'abbé U. Chevalier a indiqué ces hymnes dans son *Repertorium hymnologicum* sous les n°s 826-831, 1534, 2606, 3524, 6232, 7863, 8470, 8716, 8801, 11499, 16230, 17588, 20102. La plus célèbre est la séquence *Alma cohors una laudum sonora nunc prome praeconia,* qui se lit notée dans le missel plénier de Rouen (cod. Y 50, fol. 386^b). — (2) *S'ensuivent aucuns des miracles que Monseigneur saint Ouen fist en retournant de Romme où il estait ale en pelerinaige,* etc. Biblioth. de Rouen, cod. Y 49, fol. 36^b. — (3) Ces hymnes sont indiquées dans le *Repertorium hymnologicum* de M. U. Chevalier sous les n°s 11552, 12186, 12463, 16642. La dernière est pour une *translatio digiti.*

recens signum factum fuerat, raptim progrediebatur, anhelis precibus replicando : " Sancte Audoene, sancte Audoene, succurre huic „ miserae pauperculae, cui indigna fortuna miserum natum in ortum „ profudit acerbum. „ Cum his verbis paupercula illa ante sanctissimum corpus natum exposuit, et lacrimis uberius profusis orare coepit. Hic puer ut forte adstabat, coepit nutantibus labiis multicolor vultus apparere et summa labiorum basiola rubescere, dehinc sanguineos rores ab occulto emittens grossescere, et sic in vocem cum verbo erumpens clamare : " Sancte Audoene, adiuva me. „ Mater vero ut primum nati verbum audivit, et ipsa vehementius in vocem cum lacrimis erupit : " Sancte Audoene, consolator gementium, reformator debilium, qui hodie miserae matri filium restituis, qui coaeva „ hodie unici filii mei silentia solvis. „ Nec minus qui adstabant maternis gaudiis gratulantes, super omnia Deum benedicebant, qui per beatum Audoenum talia signa praestiterat.

Mansum Odonis in comitatu Octumense vicinae regionis incolae satis norunt. Ex illo vico adolescens quidam quindecim, ut putabatur, annorum, nulla in omni vita sua pedum incessu vivens, ab inferiori parte praemortuus, solis reptans manibus, per terram trahebatur. Excitatus itaque secundo plebis rumore, nisu quo poterat ad locum, quo sanctorum conventum audierat, reptando se usque pertraxit. Conspicatus igitur a longe loca castrorum, diu de beato Audoeno haesitatus, illuc tandem eum fore opinabatur, quo se frequentior turba infuderat; nec fefellit opinio. Resumpto igitur laborioso itinere, ad locum usque protrahitur. Ibi diu obluctatus inter pedes comprimentis turbae elapsus, sub feretrum sancti patris complicatus provolvitur. Facto itaque horae unius intervallo, sensit ossium medullis infusum animae viventis calorem, et iam pedes temptat movere. Dehinc genuum atque nervorum suffragines complicans et remittens, mox ut se temptat erigere, sensit se refusis toto corpore viribus convalescere. Sic novus homo qui reptans manibus advenerat, innovatis membris ad familiarem casam, vicinis mirantibus, viriliter regreditur. Huius rei tot sunt testes, quot praefata homines vicina emiserat.

APPENDICE *B*

Le Livre noir *de saint Ouen (cod. Y 41) renferme différents morceaux ajoutés bout à bout et auxquels manquent parfois des folios. Dans ce volume, le texte des* Alia miracula *que donnent les* Acta SS., *Aug. t. IV, p. 837, fait suite aux* Variae translationes *des* Acta SS., *p. 820.*

Mais ce dernier document s'arrête brusquement dans notre manuscrit (fol. 216), au milieu du récit du jaillissement miraculeux d'une fontaine (Acta SS., *p. 822, n° 16*). *Or, au commencement des* Alia miracula, *il est justement fait allusion à une autre source miraculeuse. Le début manque; en d'autres termes, un folio manque. Le copiste, Frédéric Flouet, qui renseignait l'éditeur des* Acta SS., *ne s'est sans doute pas rendu compte de cette solution de continuité, et il a rattaché le début des* Alia miracula *à la fin des* Variae translationes; *si bien que l'éditeur des* Acta *a donné en note* (m, *p. 822 F*) *comme finale des* Variae translationes *une page qui n'a rien à voir avec son récit. Nous reproduisons, d'après le cod. U 64 (Omont 1411), XIIIe siècle, de la bibliothèque municipale de Rouen, le début des* Alia miracula.

Incipit prologus in miraculis sanctissimi patris nostri Audoeni archiepiscopi et confessoris.

Salvatoris nostri miracula, que per beatum Audoenum modernis voluit exhibere temporibus, cooperante gratia sancti Spiritus, sicut fidelium relatione comperimus, summatim explicare aggredimur, pauca referentes de pluribus. Neque enim litteris comprehendi aut numero valent coartari que cotidie videntur renovari. Aliqua tamen a nobis quamvis rethorico careant lepore, divino tamen vigent amore et fidei veritate. In sanctorum enim describendis virtutibus pura magis congruit oratio, quam verborum falerata compositio. Non enim operosa indigent elocutione que divina relucent operatione.

Redemptoris nostri miracula per beatum Audoenum moderno tempore facta.

Tempore Guillelmi incliti ducis Normannorum, qui postea rex effectus est Anglorum, sub rectore cenobii beati Audoeni venerabili Nicholao, quidam ex monachis nomine Ingulfus iussa eiusdem patris causa obedientie apud Condatum morabatur. Is itaque aliquod predium in eodem loco predicte possessioni contiguum dato precio comparavit. Statim autem ut eiusdem (1) cespitis spatium in ius transiit monachorum, ad laudem Dei omnipotentis et meritum omnibus propalandum sanctissimi confessoris, prelibatus fons ab intimis terre venis, ubi clausus latebat, ad superiora erumpens, omnem illius terre ambitum circuivit, sicque paulatim ad inferiora diffluens in Axonam fluvium cursus sui impetum direxit. Moris est autem accolis loci illius, febris incommodo laborantibus, montis

(1) Ici notre manuscrit rejoint le cod. Y 41, fol. 217.

iugum ascendere et ex perspicui fontis latice de monte manantes recuperande gratia salutis haurire; nam et febricitantibus remedium et omnibus indeficienter potus tribuit alimentum.

O qualis medicus, regis celestis amicus
Qui contra morem fundit de rupe liquorem,
Ut Moyses quondam de saxis elicit undam.
Sicca silex stillat, latices ad iussa propinat;
Qui signum cumulant, dum morbida corpora curant.
Hec tu, Christe, facis; hec mira potens operaris,
Audoene pater, quem (*sic*) cernis semper ovanter
Solem iusticie fontem de fonte sophie.

Quidam aliquando presul Laudunensis etc. (Act. SS., *Aug. t. IV, p. 837 F*).

APPENDICE C

Les deux récits qui suivent (cod. Y 41, fol. 83 et 119) n'ont aucun fondement historique. Le voyage authentique de S. Ouen à Rome sous le pontificat d'Adéodat (672-676) *n'en fournit pas le thème. Dans le premier document, on remarquera une aventure semblable à celle que raconte le biographe de S. Arnoul de Metz : l'anneau du pontife perdu dans un fleuve et retrouvé dans le ventre d'un poisson. Le second récit est d'une fantaisie assez déplacée. Est-il besoin de remarquer qu'il n'y a pas eu de pape du nom d'Alexandre au VIIe siècle?*

Beatus Audoenus Rothomagensis urbis episcopus inter cetera sanctitatis suae opera limina beati Petri principis apostolorum studio piae devotionis adire incessanter desiderans, iter optatum cum quibusdam clericis et laicis familiae suae die quadam agressus est. Post dies autem paucos veniens ad flumen qui dicitur Araris albus, ad transeundum fluvium navem ingressus est. Cumque manu sua in margine navis se sustentaret et alias intenderet, anulus eius aureus digito elapsus in profundum demersus est. De damno vero minime contristatus, navem egreditur, coeptumque pergens iter, Romam pervenit. Cuius adventum ut comperit sanctae Romanae ecclesiae pontifex Martinus, vir sanctus et Deo amabilis, qui tunc temporis multa laborabat corporis invalitudine, cum ingenti gaudio illum suscepit, sciens sibi divinam adfore consolationem in tanti viri consortio. Audierat namque hunc vere Dei esse amicum, et multis virtutum insigniis decoratum, cuius nomen non solum ei innotuerat, verum

etiam per orbem terrarum longe lateque diffusum erat. Cognito autem per divinam revelationem vitae suae terminum iam imminere, secum eum detinuit, et Romanam ecclesiam post obitum suum regendam ei commisit, donec Dei prudentia aliquem ibi restitueret. Digito quoque illius anulum suum imponens, his eum alloquitur verbis : “ O beate frater et consacerdos Audoene, dignatus est Dominus „ michi humili servo suo manifestare, quod post decessum meum per „ te huic loco daturus est pontificem. Quia ergo, vocante me iam Dei „ clementia, corporis huius inhabitationem desero, loco mei in hac „ sede apostolica te dimitto, et commissi michi gregis curam tibi inte- „ rim committo. „ Tunc vir sanctus divinam timens offendere prudentiam, vultu hilari et animo volenti apostolicum suscepit imperium. Defuncto deinde sancto papa Martino, manibus propriis oculos eius clausit, et corpus sanctissimum adhibitis viris religiosis reverenter tractans, sancti illius funeris exequias cum innumera multitudine clericorum, monachorum et laicorum diligenter peregit.

Post cuius decessum aliquot annis in urbe romana residens, vices agebat illius, et divinae paginae documentis populum sibi creditum indesinenter docebat, resque sanctae illius ecclesiae domi forisque fideliter tractabat. Cotidie quoque Deum precabatur, ut non ante moreretur quam sedi pristinae restitui mereretur. Quodam igitur tempore mediae quadragesimae, cum fieret statio in Ierusalem, et missas ibi de more celebraret, inter ipsa sacra missarum solemnia angelus Domini ei apparuit dicens. “ Audivit Dominus orationes tuas, „ et respexit in te et in populum suum. Hodie civitati huic dabit „ pastorem, et te postea ad tuam reducet patriam. Postquam sacri „ huius libaminis compleveris mysterium, perges viam quae ducit ad „ portam Latinam, ibique obvios habebis tres peregrinos, quorum „ unus Demetrius nuncupatur ; ipse est quem Dominus ad regendam „ ecclesiam suam huc direxit. „ Et haec dicens disparuit. Peracto itaque solemni sacrificio, et data benedictione populo, angelicae visionis et allocutionis sacramentum cunctis qui aderant patefecit. Cum quibus omnibus egressus transibat per portam Latinam, et ecce tres peregrini iuxta verbum evangelicum obviam ei ingrediuntur. Et confestim vir Dei divina edoctus inspiratione, illum de quo dictum fuerat apprehendens per pallium, interrogavit unde essent. Qui respondens ait : “ Domine, natione Romani sumus, sed a primis pueritie nostre „ temporibus litterarum studiis inherentes in Graecia morati sumus. „ Et rursus interrogatus quod nomen ei esset : “ Demetrius „, inquit, “ vocor „. Tunc conversus sanctus Audoenus ad seniores cleri ac populi, dixit : “ Hic est, fratres mei, quem Dominus per angelum „ suum mihi revelare dignatus est; hic est, inquam, quem ad vos de „ partibus alienis adduxit ; scietis idoneum ad suscipiendam pasto-

„ ralis regiminis curam. Hunc diligite, huic obedite, huic subditi „ estote. „ His dictis, cum favore et laude omnium deduxit eum ad locum sedis apostolicae et iuxta praecedentium patrum institutionem praesulem eum ibi creavit, imponens ei nomen, quod est Eugenius. Mansit postea cum eo diebus aliquot, orationibus, vigiliis et caelestibus disciplinis assidue vacans.

Interea divina monitus est revelatione ut in patriam iam reverti non differret, quoniam ovile dominicum, cui praeesse debebat, sine pastore existens, morsibus luporum undique patebat, et gregem ipsum hostis invaserat; quodque deterius est, mutuis inter se ipsis seditionibus dissipabantur; bella exterius hostes exercebant, seditiones intus domestici movebant. Ad haec vir Domini motus in lacrimas ad papam accessit, et humili placidoque ut erat vultu assistens ait : “ Pater sancte, respectu largae bonitatis suae Dominus „ populum romanum ditavit, qui[1] pastorem bonum eis tribuit, quod „ ego cotidie praestolabar. Nunc autem ad filios meos redire[2] dispo- „ nens, qui quasi orphani longo nimis tempore sine patre et sine „ rectore extiterunt, omissionem a te expeto. Timeo enim divinam „ offendere maiestatem, si eos diutius desero, ad quos me revocat pia „ eius monitio. „ Mox papa sanctus obortis[3] lacrimis: “ O utinam „, inquit, “ michi pietas divina concessisset tuo semper frui consortio, „ tuoque semper levari solatio. Verumtamen quoniam dispensa- „ tionem eius contraire periculum est, obedire ei humiliter debe- „ mus „. Protinus accersiri sibi iubet omnes ecclesie sue seniores et totius urbis proceres, cum quorum venerando comitatu beatum Audoenum cum suis per mediam civitatem honorifice deduxit. Omnes autem qui aderant tam proceres quam reliqui vulgi multitudo vehementer contristati lugebant, gementesque dolebant, quod tanto tam dulci patrono carituri essent. Cumque longe aliquantum ab urbe processissent, papa Eugenius et qui cum eo erant procerum romanorum osculantes sanctum Audoenum reversi sunt ad propria. Ille vero cum suis coeptum tenens iter, die quadam iam advesperante, venit ad supradictum fluvium, in quo anulum suum perdiderat, hospitatusque est in villa, quae nomen ipsum praeterfluentis aquae habebat. Et pransurus cibos sibi parari iubet. Tunc minister eius in vicum egressus, piscem magnum pretio comparavit, quem domum referens diligenter paravit. Dum autem intestina eius rimaretur, anulum domini sui in ventriculo eius repperit. Et valde miratus, securus tamen quia idem ipse erat, quem in illo flumine dominus suus perdiderat, repraesentare ei voluit. Sed caute hoc agere primum meditabatur, ne forte ille irasceretur, si palam ei redderet. Praeparatis

[1] *cod.* quem. — [2] *cod.* adire. — [3] *cod.* abortis.

ergo intestinis piscis, anulum in ventriculo reposuit, sicque domino suo repraesentavit. Cumque partem illum appositi ferculi vir beatus cultello caederet, cultellum anulo illisit. Quo accepto, occulte digito suo informavit, non se iactans vel exaltans, sed Dominum in secreto cordis sui laudans et benedicens, qui etiam in rebus quibusque minimis servis suis adesse dignatur. Videns autem familia eius anulum, quem perditum fuisse certissime noverat, stupefacta mirabatur quomodo illum recuperasset. Post mensam vero surgens sanctus Audoenus ministrum suum secreto alloquitur, et quaerit ab eo quid in pisce invenisset. Qui ait : “ Anulum tuum, domine, in eo „ repperi, quem Deus sanctitati tue reservaverat. Hunc ideo occulte „ in piscis ventriculo tibi obtuli, ne te offenderem, si in conspectu „ omnium hoc fecissem. „ Ad haec beatus Audoenus servum suum laudans, et meritis eius miraculum hoc ascribens : “ Tuis „, inquit, “ non meis meritis hoc factum esse non dubito, quoniam fidelis „ coram Deo et hominibus repertus es „. Et haec dicens praecepit ei ne cui diceret. Mane autem facto, iter suum aggressus post dies paucos Rothomagum pervenit. De cuius reditu unanimiter omnes congratulantes, tam clerus quam universa populi multitudo cum crucibus et cereis obviam ei exeunt, et psallentes in ymnis et canticis in ecclesiam eum introducunt; quibus data benedictione, dimisit in pace. Vixit postea in episcopatu pluribus annis, et iterum Romam tempore Adeodati papae pergens, cum summo honore rediit et vitam inter suos finivit.

Opere pretium duximus illud preclare virtutis signum huic nostro operi inserere, quod ad indicium sanctitatis eius salvator noster famulo suo dignatus est ostendere. Hoc enim licet in libro Vite eius omissum, in veterum opusculis diligenter repperitur scriptum. Idem igitur Christi confessor gloriosus Audoenus summi pontificatus infula decoratus, cum velut lucifer inter astra ceteris incomparabiliter clarior magnis virtutum refulgeret preconiis, monasteriis per plurima Neustriae loca constructis, et ad instar celestis militie castris circumquaque dispositis, idoneis etiam pastoribus ad excubias dominici gregis pro luporum infestatione deputatis, tandem Romam ad limina beatorum apostolorum Petri et Pauli eorum incensus amore properare disposuit. Cumque iam fere peracto itinere Sutriam pervenisset, sole iam vergente ad occasum, ibidem sancto pontifici paratur hospitium. Qui cum vespertine sinaxis officium cum suis celebrasset et adhuc orationi incumberet, conversus ad levam videt

demonum multitudinem velut in obsequio cuiusdam potestatis plausu dissono perstrepentem. Tunc is qui nefande cohortis princeps videbatur, in quodam loci illius angulo consedit, et satellitum turbam convocans quid contra bonos egissent, quosque in aliquot reatus precepitium deiecissent, per singulos sciscitari cepit. Ilico unus lascivior ceteris in medium prosiliit, et quia papam Alexandrum cum quadam sanctimoniali ad stupri flagitium impulerit, gravi cum insultatione asseruit. Ibi argumentum etiam sceleris commissi amborum sotulares coram exposuit. Ad hec humani generis atrox inimicus admodum insultare et cum cachinno exprobrationis nostre religionis cultum cepit improbare. His auditis, vir Domini acri dolore compunctus ingemuit, et ut sibi rei veritas certius panderetur, Domino Salvatori humiliter supplicavit. Nec mora, chorus ille teterrimus pedum indumenta ibi relinquens subito disparuit. Quae vir Dei accipiens ad Romanae sedis fastigia properavit et papae Alexandro que viderat et que a malignis spiritibus auditu perceperat secreto indicavit. Qui cum pudore confusus hoc inficiari conaretur et diverse tergiversationis molimine obtendere niteretur, famulus Christi etiam perpetrati sceleris indicia patefecit. Ilico papa facti sui poenitens, et oculos lacrimarum imbre perfundens, quod in occulto commiserit sancto viro confiteri non erubuit. Cui beatus pontifex septennio penitentie remedium indixit, et ministerium eius, nullo comperiente, interim cum magna humilitate peregit. Expletis denique septem annis, confisus de misericordia domini nostri Iesu Christi eumdem papam Alexandrum pontificali officio restituit, et ipse cum magna alacritate ad propria remeavit.

MIRACLES

DES

SS. EBERHARD ET VIRGILE

ÉVÊQUES DE SALZBOURG

Il y a tantôt quinze ans, M. le professeur E. Dümmler signalait à Wattenbach, dans un manuscrit de la bibliothèque de la ville de Mayence, un exemplaire des Miracles des SS. Eberhard et Virgile qui présentait de notables divergences avec le texte imprimé. Wattenbach attira l'attention sur ce fait dans une note de la 5e édition de son excellent manuel (1); *mais la chose en resta là, et huit ans plus tard* (2), *quand parut la 6e édition, la même note reparut sans changement aucun. Il y a cependant, me paraît-il, lieu de préciser; car enfin, comment désormais employer ou citer avec assurance les recensions publiées de ces miracles avant de savoir jusqu'à quel point elles concordent avec la rédaction du manuscrit de Mayence, laquelle pourrait bien, après tout, être plus ancienne? Aussi avons-nous cru faire chose utile en profitant d'une occasion qui se présentait d'examiner le volume dont il s'agit.*

Il a conservé, dans la bibliothèque de la ville de Mayence, la cote qu'il portait chez ses anciens propriétaires, les Chartreux de la même ville. Le " codex Carthus. 186 " est un recueil factice, qui contient, reliés ensemble, toute une série de cahiers écrits par diverses mains et à différentes époques. La partie qui nous occupe se trouve vers la fin du recueil, — lequel n'est pas folioté, — et nous paraît avoir été transcrite au XIIIe siècle.

I

Les Miracula beati Eberhardi *viennent d'abord. Ils sont très courts et remplissent à peine une page et demie format in-4°.*

Jusqu'ici, on connaît deux autres rédactions de ces miracles. L'une (BHL., *n. 2364*), *publiée plusieurs fois, et en dernier lieu par Wattenbach*


(1) *Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter*, 5e Aufl., t. II (1886), p. 273, note 1 : " Nach Mittheilung von Dümmler enthält der Cod. Carthus. 186 der Mainzer " Stadtbibliothek, s. XIV, Miracula Eberhardi und Virgilii mit bedeutenden Abwei- " chungen ". — (2) Même ouvrage, 6e Aufl., t. II (1894), p. 303, note 3.

(MG. *Scr. t. XI, p. 101-3, ch. 7-10*), *est relativement assez longue* (= **A**). *L'autre* (*unique édition : Wattenbach, t. c. p. 102, note 15*) *est beaucoup plus courte* (= **B**), *pour deux raisons : d'abord la narration est extrêmement concise; de plus, on n'y trouve que les faits rapportés dans la première moitié de* A (*ch. 8 et commencement du ch. 9*); *la suite fait totalement défaut, mais elle est remplacée par quelques paragraphes* (*cinq ou six lignes*) *qui n'ont pas leur équivalent dans* A. *La pièce* B *est considérée par Wattenbach comme plus ancienne que* A; *mais il a négligé de donner ses raisons. La principale, je crois, se trouve dans cette phrase qui sert d'introduction :* Gesta miraculorum sancti Eberhardi prout oculis nostris vidimus, cunctorum viventium aurem revelamus. *Au* prout oculis nostris vidimus, *correspond dans* A: Necessarium igitur est ut ab initio propositiones loquamur, quanta audivimus et cognovimus ea, et fideles narraverunt nobis.

Le recueil contenu dans le manuscrit de Mayence (= **C**), *un peu plus long que* B, *notablement plus court que* A, *se rapproche en somme beaucoup plus de* A *que de* B. *Les faits rapportés dans* C *se retrouvent tous, sans exception, dans la partie commune à* A *et à* B; *mais la réciproque n'est pas tout à fait vraie; deux petits traits* (1) *se rencontrent à la fois dans* A *et dans* B, *qui ne figurent pas dans* C. *Le texte* C *d'ailleurs ne contient aucun des paragraphes qui se lisent uniquement dans* A *ou dans* B. *Dans tout cela, il n'y a rien qui rapproche* C *de* A *plutôt que de* B; *mais quand on prend en détail chacun des récits contenus à la fois dans* ABC, *on constate dans* A *et* C *un certain nombre de détails communs qui manquent dans le résumé* B; *de plus les ressemblances textuelles entre* A *et* C *sont assez fréquentes; elles sont, au contraire, pour ainsi dire nulles tant entre* A *et* B *qu'entre* B *et* C.

L'auteur de C *affirme, lui aussi, avoir été témoin des faits qu'il raconte :* seriatim ea, sicut vidimus, sine figmento prosequentes. *Qui faut-il croire? Et quel est, des trois textes, le plus ancien et la source des autres ?*


Les diverses hypothèses que l'on peut faire raisonnablement à ce sujet, présentent toutes des difficultés plus ou moins grandes. Ces hypothèses, je les exprimerais volontiers comme suit :



(1) *MG.*, t. c., p. 102, col. 2, lignes 17-25 (A) et 54-56 (B).

La 1re, la 2e et la 5e sont inadmissibles; la première, parce que le texte C *renferme des expressions et des détails qui lui sont communs avec* A *et qui manquent dans* B; *la deuxième, parce que* B *contient le récit de deux miracles qui se lisent dans* A *et qui ne figurent pas dans* C; *la cinquième, parce que* A *et* B *présentent quelques récits communs qui font défaut dans* C. *La 3e et la 6e hypothèses sont peu vraisemblables; la troisième, d'après laquelle deux auteurs* B *et* C, *remaniant indépendamment l'un de l'autre un même texte* C, *se seraient bornés à résumer presque tous les premiers chapitres de ce texte, s'arrêtant à peu près au même endroit et négligeant absolument la seconde moitié de la source commune; la 6e, parce que les détails circonstanciés qui précisent la narration dans* A *et en partie dans* C, *n'ont nullement l'air d'amplifications faites sur le thème très succinct de* B, *tandis que celui-ci présente tous les caractères d'un résumé, et d'un résumé fort sec.*

Reste la 4e hypothèse, la plus vraisemblable, mais que je ne voudrais nullement présenter comme certaine. En effet, sans m'arrêter à d'autres détails, il suffit de constater qu'il est possible, qu'il est naturel même, d'imaginer d'autres hypothèses encore, et notamment celles où, en outre des trois textes A B C, *interviendraient d'autres rédactions actuellement perdues ou inconnues, et qui auraient pu servir soit de source commune, soit de terme intermédiaire. Je mentionne, par exemple, la filiation suivante, nullement invraisemblable.*



Jusqu'à nouvel ordre, il me paraît prudent de ne pas se prononcer définitivement. Peut-être la découverte d'un autre exemplaire manuscrit viendra-t-elle jeter quelque lumière sur ce petit problème. En attendant, je crois utile de verser au dossier la nouvelle pièce, en publiant ci-après la teneur du manuscrit de Mayence.

Incipiunt miracula beati Eberhardi archiepiscopi.

Gesta beati Eberhardi archiepiscopi, praemissis equę miraculis, nostris per Dei misericordiam temporibus salubriter revelata, dilectioni vestrae duximus praesentium scripto notificanda, seriatim ea, sicut vidimus, sine figmento simpliciter prosequentes, omnibus infra notatis, quale possumus, veritatis testimonium perhibentes.

Homo igitur quidam perversus ab hoste humani generis ad perpe-

trandam rem scelestissimam instigatus, dum in ecclesia maiori, videlicet beati R(udberti)[1], detestabili temeritate furtum committere adtemptaret, scrinium cuiusdam canonici, quo casule due cum aliis sacerdotalibus indumentis ceterisque rebus huiusmodi reposite fuerant, latenter cum securi irrupit; atque collectis omnibus in saccum, discedens vidit virum aetate venerabilem, candidissimis vestibus amictum, sibi comminus assistere. Cuius quidem non mediocriter territus praesentia suae tamen nequiciae peragebat negotia, usque dum eo cum onere[2] procederet ut beati Eber(hardi)[3] sepulchrum duobus fere distaret passibus. Hic demum tanta divinae virtutis ipsum conturbabat potentia, ut nullatenus de loco potuisset recedere, donec, superveniente populo, cum sarcina furtiva ibidem deprehenderetur totamque rem gestam vehementer confusus publice profiteretur.

Miles quidam dives et honoratus, ·N· Růodigerus[4], domni archiepiscopi economus, filiam habuit paralitica[5] passione usque adeo debilitatam, ut brachium unum, incurabili languore tumefactum, nullis usibus aptum gestaret, utpote premortuum. Mater ergo puelle medicaminum experimentis multociens frustrata, celestis medici sedulis precibus implorans auxilia, candelam cum brachio languentis virginis mensuratam in commemorationem beati E(berhardi)[6] secus tumbam ipsius accendit domumque reversa non minus hilarem et sospitem filiam suam invenit, quasi nichil umquam lesionis habuisset.

[I]tem femina quaedam gravi atque diuturna calculorum egritudine consumpta tumulo beati Eber(hardi)[3] miserabiliter advoluta, crebris fletibus ac suspiriis Domino effusis, meritis sacri presulis, dilapso calculo, remedium adepta est sanitatis.

Quedam demoniaca nutu divine dispensationis a maligno possessore diu excruciata, Creatori suo et pontifici memorato dignas gratiarum actiones persolvit, interventione[7] beati Eberhardi, spiritu in cena Domini nequam effugato, est liberata[7].

Miles quidam honestus de Nemore Sancti Leonhardi uxorem suam in cruribus contractam sepulchro beati Eber(hardi)[8] applicuit, necnon in brevi spacio temporis inbecillitati redditam conspexit[8].

Simili ///////[9] ariditate seu contractione femina quedam de Strazburch multis diebus pregravata per invocationem nominis beati Eber(hardi)[8] sanitati pristinae meruit restitui.

[1] *Ms.* R· — [2] *Ms.* honore; *voir le texte* A, *ch. 8.* — [3] *Ms.* Eber · — [4] nomine Rudigerus *dans* A, *ch. 8.* — [5] *Ms.* paraliticā.— [6] *Ms.* E· — [7] (interventione — liberata) *ajouté par une autre main.* — [8] *sic !* — [9] *un mot raturé dans le ms. Dans* A, *ch. 9, on lit :* Simili quoque modo mulier ... seu humorum ariditate seu nervorum contractione...

II

Le cas des Miracula Virgilii *est beaucoup plus simple. Ils remplissent, dans le ms. de Mayence, environ 12 pages in-4°. Je transcris le commencement.*

Miracula beati Virgilii.

Cum Deo omnium bonorum auctori corpus famuli sui Virgilii Salzburgensis episcopi revelari placuisset, factum est anno incarnationis dominicae m°.c°.lxxx°.i°, mense februario, ut lapides de muro ecclesiae elapsi ...

Suit, mot à mot, le reste de l'introduction publiée en dernier lieu par Wattenbach, MG. *Scr. t. XI, p. 88, lignes 30-41. Après quoi viennent, mot à mot aussi, les douze premiers chapitres du recueil de miracles publiés au même endroit, p. 88-92* (Ad tantae igitur rei — perfectae sospitati restitutus est).

A part donc les premiers mots de l'introduction, il n'y a pas à parler ici de divergences importantes ou même de divergences quelconques. Le recueil se terminait-il originairement, comme dans notre manuscrit, avec le chapitre 12? La chose est bien possible, et le commencement du chapitre 13 se prêterait sans trop de peine à une telle hypothèse. Mais je n'oserais rien affirmer.

MIRACULA

S. CORNELII PAPAE NINIVENSIA

Exstabat medio circiter saeculo XVIII in abbatia Sancti Cornelii Ninivensis (1), *Ord. Praemonstratensis,* " *vetus quadringentorum, ut* „ *minus, annorum codex membranaceus, manu scriptus a quodam* „ *domino eiusdem abbatiae canonico, qui primis prologi verbis sic ait :* „ Quia per multos annos in ecclesia Ninivensi S. Cornelio mini- „ stravi *etc.* „ (2). *Quem* " *librum veterem manuscriptum in pergameno* „, *in quo S. Cornelii miracula Ninivensia exarata erant, viderat olim Autbertus Miraeus* (3); *ex eodem, iubente reverendissimo abbate Ninivensi Ferdinando vander Haeghen (1712-1754), nonnullos locos in gratiam decessoris nostri Constantini Suyskeni exscripsit canonicus nescio quis Ninivensis* (4); *postea vero, quonam codex abiverit, an etiam pessum iverit, nescimus; neque certe illum, quantavis adhibita diligentia, reperire contigit. Restat porro, quoniam res alicuius videtur momenti, ut quae supersunt huius codicis vestigia colligantur, et si in integrum restituere non licet illum, qui in eodem legebatur, libellum de miraculis S. Cornelii, saltem istius reliquias, quae variis locis servatae sunt, agnoscamus. Ad quod adiutorio nobis fuerunt*

A) *Notae, quas diximus, a canonico quodam Ninivensi ad Suyskenum nostrum missae. Servamus eas etiamnum inter maiorum nostrum schedas, constantque foliis 18 maioris formae, in quibus larga nitidaque manu multa ad cultum SS. Cornelii et Cypriani apud Ninivenses spectantia congesta sunt, sive antiqua* (5), *sive recentia* (6), *praesertim vero exscripti sunt loci bene multi ex codice illo antiquo, de quo fol. 2ʳ in § II :* " *De veteris manuscripti Ninoviensis antiquitate et fide* „, *ita canonicus laudatus :* " *Exstat in abbatia vetus quadringentorum, ut* „ *minus, annorum codex* „ *etc. ut supra. Quam § II vix non totam in* Acta Sanctorum *recepit Suyskenus* (7) : *auctorem libelli esse canonicum Ninivensem; vixisse vero sub Gerardo abbate, qui regere coepit*

(1) *Ninove*, in Flandria. — (2) Cf. *Act. SS.*, Sept. t. IV, p. 769, n. 3. — (3) Cf. *ibid.*, n. 2. — (4) Cf. *ibid.*, n. 3-6. — (5) Ut sunt loci quidam ex Balduini Ninovensis *Chronico* exscripti. — (6) V. g. miracula aliaque saec. XVI-XVIII facta. Quae inde edita sunt, in *Act. SS.*, t. c., p. 772-73, n. 15-20. — (7) T. c., p. 769-70, n. 3-5.

anno 1142, obiit vero anno 1186; porro cum abbatia tantum coeperit anno 1137, auctorem eundem eius primordia videre potuisse atque adeo eorum, quae narrat, testem esse synchronum. Haec ille, non male quidem; quamquam dubitare licet num Miraculorum auctor primordia abbatiae Ninivensis viderit. Scripsit enim non solum post mortem abbatis Gerardi († 1186), cuius et regiminis tempus et annum mortis distincte tradidit (1), *sed et post mortem abbatis Arnoldi († 1190)* (2), *quem* celebris memoriae *virum nominat*(3). *Cum autem Gerardum II dominum de Ninive († 1184-1190)* (4) *vita quidem functum esse dicat, testetur autem canonicos Ninivenses amicitia filiorum eius, Gerardi III nempe († 1200) et Arnoldi († 1211) modo gaudere* (5), *liquet ipsum ante extremum saec. XII miracula S. Cornelii litteris mandasse, atque si non prima abbatiae initia, partem saltem eorum quae narrat praesentem vidisse. Ex hac porro sua narratione multa, ut diximus, in schedulis quae prae manibus habemus, exscripta sunt, ast ea non certo ordine, quamvis feliciter factum sit ut non paucis locis indicaverit canonicus saec. XVIII quibusnam foliis antiqui codicis singula capitula singulive loci exstarent* (6). *Illud interim dolendum est tam pauca ab eodem ex ipso libelli initio esse exscripta. Quam lacunam non male explet*

B) *Alter codicillus simul cum priore inter decessorum nostrorum schedas servatus. Complectitur folia 8 formae minoris, exaratusque est saec. XVII non multum provecto. Continet vero tum prima capitula libelli* de miraculis S. Cornelii apud Ninivas *(fol. 1-7), tum brevem narrationem* de fundatione Ninivensis abbatiae *(f. 7v-8), de qua notatum est in margine :* Scribatur in separata charta. *Haec capitula ex codice antiquo Ninivensi, vel saltem ex eiusdam apographo, exscripta esse mihi persuadeo, tum quia idem est prologi initium :* Quia per multos annos..., *tum quia capitula* IV *et seqq. ad verbum conveniunt cum iis quae in apographo* A *repperimus.*

Iam vero collatis duobus hisce apographis, videmus quidem vere dixisse Suyskenum, cum monuit " manuscriptum istud duas veluti „ partes continere; quarum prima quidem quaedam abbatiae primor- „ dia suscitatasque ipsi persecutiones, quibus tandem feliciter emersit, „ necnon aedificiorum molitiones et cetera huc spectantia continet; „ altera miracula ac beneficia S. Cornelii praesertim invocatione et „ reliquiis impetrata recenset „ (7); *ex prologo tamen manifestum est*

(1) Vid. infra, p. 196, lin. 15, 23. — (2) Cf. infra, p. 197, lin. 30, et Balduini Ninovensis *Chronicon* ad h. a. (*MG*. Scr. t. XXV, p. 536). — (3) Vid. infra, p. 197, lin. 1. Cf. etiam *Hist. litt. de la France*, t. XIV, p. 605. — (4) Cf. Holder-Egger, in *MG*. t. c., p. 556, not. 2. — (5) Vid. infra, cap. IX extr. Cf. etiam Holder-Egger, l. c., not. 3. — (6) Litteris crassioribus adscripsimus infra in margine quaecumque de foliis antiqui codicis Ninivensis notata sunt in exemplari *A*. — (7) *Ibid.*, p. 770, n. 6.

utraque parte unum libellum de miraculis S. Cornelii componi. Ex quo non pauca iam edita sunt :

Ex priore quidem parte, de qua Suyskenus, ipse decessor ille noster quaedam " perstrinxit „ in Actis SS., *Sept. t. IV, p. 769-72, praesertim n. 8-13. Sed et Autbertus Miraeus capitula* IV-IX " *ex veteri ms. chronico Ninivensi „ protulit, multis tamen sententiis passim rescissis* (1); *quam mutilam editionem codice destitutus repetiit vir egregius O. Holder-Egger* (2); *qui, ut nullo indicio monebatur hanc narrationem ex libello de miraculis S. Cornelii excerptam esse, illi titulum satis apte praescripsit :* De persecutione ecclesiae Ninivensis. *Nos vero, quibus felicioribus esse contigit, etsi dolemus integram hanc primam partem repertam non esse, ea saltem quae supersunt infra proferemus historiae Ninivensi, ut speramus, quadantenus profutura.*

Secunda autem pars a Suyskeno, t. c., p. 773-77 edita est (3), *non integra tamen, non quod quippiam omisit ex iis quae in apographo* A *legere est, sed quia quaedam passim omiserat canonicus a quo illud Suyskenus accepit* (4).

Libellum nostrum novit Balduinus Ninovensis, qui illum Ninivensium historiam nominavit (5) *atque ex priore parte quaedam subinde exscripsit* (6).

DE MIRACULIS SANCTI CORNELII PAPAE APUD NINIVAS

Incipit prologus sequentis operis.

Quia per multos annos in ecclesia Ninivensi sancto Cornelio ministravi, multa signa et prodigia per merita eiusdem ibidem fieri saepius annotavi; quae ipsius fretus adiutorio ad utilitatem eum diligentium utcumque scribere tentabo, ad hoc etiam precibus et obedientia provocatus. Diversarum quippe infirmitatum tam largas

Prologus. *In* B ; *solum initium in* A, *f. 2.*

(1) Cf. *BHL.* 1965. — (2) *MG.*, Scr. t. XXV, p. 554-56; cf. p. 520, III. — (3) Cf. *BHL.* 1966. — (4) Cf. *Act. SS.*, t. c., p. 770, n. 6. Recte monet idem Suyskenus miracula illa non eodem ordine in apographo *A* descripta esse, quo ab auctore antiquo descripta sunt. Ex notis siquidem in apographi istius marginibus appositis docemur initium huius partis (*Praemissis his...* in edit. cap. 1 et seqq.) in antiquo codice scriptas esse **fol. 22**; medium cap. 3 (*Puella quaedam...*) eodem **fol. 22**; initium cap. 9 (*Quodam tempore...*) **fol. 25**; ultima verba cap. 11 (*Haec et alia...*) **fol. 15 verso**; alteram partem cap. 13 (*Quidam laicus frater...*) **fol. 13**; initium cap. 15 (*In Flandria...*) eodem **fol. 13**. — (5) In *Chronico* ad an. 1166 (*MG.* Scr. t. c., p. 535, lin. 10. — (6) Vid. infra in notis.

ibi curationes ibi fieri conspexi, ut etiam contra id quod scriptum est: *Secundum fidem fiat tibi,* multi sanarentur, quod fide non promerebantur. Cf. Matth. 9, 29. Porro magnam potentiam prefati sancti homines iuvandi in me et in aliis saepe expertus sum, et quod ubique terrarum ob necessitatem aut infirmitatem cum fide invocatus statim assit adiutor paratus. Si qui autem secularium, ut sunt principes per potentiam, raptores per saevitiam, minores per occultas insidias, aliqua ad se pertinentia invaserint vel servis suis iniuriam fecerint, aut potentiam eorum omnino minuit, aut cito perire facit, inultum autem remanere non patitur. Ministros vero suos in omni procella persecutionis ita gubernat et ad tranquillitatem ita perducit, ut persecutoribus semper superiores sint, et post tribulationem plures et ditiores appareant. Sed haec est probatio reverendae potestatis ligandi atque solvendi a Domino ei collatae, quia, dum ministerio beati Petri rite fungeretur, claves regni caelorum hereditario iure ei cesserunt. Cf. Matth. 16, 19. Et sicut in officio, ita et in vita et in morte ubique apostolis assimilatus est; verbo et exemplo clarus plurimos convertit; fidem christianam potenter defendit; propter insuperabilem etiam constantiam suam a Decio caesare exilio relegatur, nec vincitur; a quo reductus et sacrificare contemnens decollari praecipitur. Mori enim, non vinci potuit, quia super firmissimam petram cum Petro fundatus fuit, cui portae inferi, persecutiones scilicet non praevaluerunt regis iniqui. Cf. Matth. 16, 18. Nunc cum Deo regnat, et qualis sit meriti, ubicumque eius habetur memoria, signorum claret frequentia. Et quia noverant institutores veterum functionum quantae dignitatis apud Dominum sanctus iste saepe nominandus exstiterit, eius nomen, quod non nisi praecipuis sanctis attributum est, cum cathalogo apostolorum ac martyrum in canone quotidie recitari statuerunt. Tali patrono gubernari gaudemus, cuius beneficia prae oculis habemus, manibus tractamus, utilitate quotidie sentimus. Huius quippe servitio gratanter instamus, qui novit infirmitates curare, a cunctis necessitatibus liberare, cuius etiam interventione ad caelestem gloriam credemus pervenire. Ad huius gloriam dilatandam solliciti sumus, quia gloria domini gaudium est diligentis servi. Verum dum operum illius magnitudinem meaeque scientiae parvitatem considero, ad enarranda eius magnalia nullatenus me sufficere cognosco. Sed apud Dei misericordiam excusabilis appareo, si in eius ministerio offeram quod valeo. Meam quippe voluntatem pensare debebit pro magna facultate, dum hoc ipsum parum, quod habeo, serviat honori sancti Cornelii. Qui, quamvis non esset omnibus, fratribus tamen Ninivensibus praecipue venerandus, amandus et laudandus est, quorum ecclesiam assiduis miraculis decoravit; ipsos etiam a periculis multis liberavit, illatamque eis iniuriam saepissime vindicavit et consolatus

est eos per misericordiam Dei necessaria vitae tribuendo, sed multo magis pro ipsis in caelis interveniendo.

I. De domino Aegidio, qui curiam nostram Reiniersart sepius depredando magnam molestiam ecclesiae intulit.

Apoc. 12, 12. Ve terrae et mari, quia ad nos descendit diabolus habens iram
magnam homines ad beatitudinem, de qua ipse deiectus est, velle
ascendere. Cuius irae immanitatem multoties experta est Ninivensis
ecclesia in novella sua plantatione, dum per suos ministros toto
conamine contra eam debaccharet. Sed per auxilium Dei, qui ei
Iob. 38, 11. terminos posuit, dicens : *Huc usque venies et hic confringes tumentes*
Cf. MATTH. 7, 25. *fluctus tuos,* non potuit eam movere. Fundata enim erat super
petram. Insuper etiam providit eidem ecclesiae fidelissimos et poten-
tissimos tutores, venerabilem genitricem suam, sanctam scilicet
Mariam, sanctumque Cornelium et Ciprianum; qui eam utique
Cf. *Psalm.* 93, 2. defendere et retributionem superbis valide possent reddere. Verum-
tamen noluit Deus electos suos omnino persecutione carere, qui eos
potuit, quando voluit, ab omni malo liberare. Dominus Aegidius de
fol. 1. Trasenis (1) satis potens in terra illa et usque ad Nivellam, potens
scilicet ut faceret mala, primus et maximus Ninivensis ecclesiae per-
secutor in curia nostra Reinirsart (2) extitit. Fratres nostros contu-
melia affectos cedi fecit, nec unquam precibus placari potuit. Tandem
quodam tempore munere illectus in templo Sanctae Gertrudis apud
Cf. MATTH. 23, 20. Nivellam iuraverat nobis in altare et in omne quod super illud est,
numquam se malefacturum ad ecclesiam Ninivensem pertinentibus;
sed cito iusiurandum parvi pendens ad curiam Reiniersart cum
satellitibus venit et praedam multam eius abegit, oves scilicet quin-
gentas, capras ducentas, boves triginta duos et palefridos decem et
sex, nec reliquit ungulam quam ruinare potuit; insuper et fratribus
nostris verberibus affectis et omnibus quae ei placuerunt sublatis,
abiit. Ecclesia tristis privata tanto bonorum suorum solatio et
omnino humano desperato auxilio, persequitur hostem excommuni-
cationis gladio. Iussu episcoporum Cameracensis et Leodiensis fiunt
ad omnes ecclesias mestae querimoniae cum sententia excommunica-
tionis pro tanti sacrilegii facinore, et in malefactoris presentia inter-
dicuntur ubique celebrari divina. Sed superna sapientia voluit, quae
et demonum utitur ministerio, per huius malitiam voluit servorum
suorum probari patientiam. Malefactor comminatur graviora; nam in

Cap. I. *In* B; *pauca in* A, *f.* 7^{r}.

(1) *Trazegnies* in Hannonia. — (2) *Renissart* in Hannonia.

foro Nivellensi, multis audientibus, etiam quodam fratre nostro, iuravit per sanctam Gertrudem se adhuc de lacte nostro gustaturum, sperans curiam nostram se adhuc depredaturum. Cui frater noster respondens: " Dominus ", inquit, " Deus vigilabit pro nobis ". Post plures dies venerunt hostes eius Trasenis, forsitan a Deo missi ut eum interficerent. Qui oppidum depopulantes etiam munitionem castri capere conabantur. Ille vero adversarius noster desuper armatus intra septa pugnando discurrit, cum subbito quidam ignobilis aggeri adherens hastam sursum directam in cerebrum sceleratissimi viri fixit. Protinus hostes, peracto negotio ad quod direxerat eos Deus, abierunt, et quasi nil aliud quam mortem nequissimi viri quesissent, castrum inexpugnabile reliquerunt. Apostata Aegidius post vulnus nullum verbum protulit, nec domui suae disposuit, quin etiam sine viatico dominici sacramenti, quia malus, male obiit. Sed pretereundum non est, pridie quam moreretur frater quidam, Lambertus nomine, vir religiosus, cum pro quodam negotio suo venisset ad eum, coepit attentare, si quo modo eum ad meliora posset convertere. Sed ille incorrigibilis, quem Deus despexit et in quo sermo divinus nil capere potuit, se increpanti respondit: " Frater Lamberte, **fol. 2.** " frustra laboratis; ex hac die et deinceps nulli conversorum bona, " sed semper mala me facere promitto ". Haec dixit, et quid ei futurum in crastinum ignoravit. Nam ne vineam Domini diutius demoliretur illa saeva bestia, interfecta et igni inextinguibili tradita (Cf. Marc. 9, 42.) est, mercedem malae actionis pariter et pravae cogitationis recipiens.

II. De quodam homine qui deridendo sanctos dormire affirmabat.

Accidit etiam apud Reiniersart res quidem pro pudore quidem tacenda, sed causa miraculi magni praedicanda. Verum quos pudet tantum dedecus audire, pensare debebunt quanto magis peccatum debeant abhorrere. Erat in Senefia (1) vir quidam civibus suis potentior, Bernardus nomine, qui se fratribus nostris satis familiarem exhibuit magis simulatione quam vera dilectione. Nam cives eius multis querelis fratres nostros impetere solebant ipsius, ut credebatur, instinctu, quatenus ipse causidicus et mediator existens munus avaritiae ab utrisque partibus posset acquirere. Quadam die idem noster simulatus amicus causa minutionis ex more suo ad curiam venit, et a fratribus officiose receptus est. Eo quippe tempore quae-

Cap. II. *In* B.

(1) *Seneffe* in Hannonia.



dam adversum nos querela movebatur eiusdem etiam, ut putabant fratres, consilio. Cui magister curiae frater Balduinus, vir bene religiosus, dixit : " Quando finem habebunt querelae vestrae adversum „ nos? Dico vobis, tam diversas querimonias sustinere non valemus, „ sed causam nostram deinceps sancto Cornelio committimus, eum- „ que loco nostro substituimus. Credimus certe quod iniustitiae „ vestrae ultor existet, quia multoties eum talia vindicasse probavi- „ mus. „ Quod ille audiens subrisit, dicens sanctos modo dormire et talia negotia non curare. Cui frater, ut vere sciens cui crediderit, respondit : " Quos modo dormire ridetis, adhuc fortisan vigilare „ experiemini. „ Quid plura, post minutionem dum ille prandere incepisset, adest ultio repentina, modesta quidem, licet inhonesta. Nam quidam invisibilis ultor blasphemum corripuit potius quam extinxit. Nec mora, amens factus quasi caducus ante mensam corruit et seipsum fece proprii stercoris inquinavit, et surgens cum pudore brachas suas, fratribus nostris, ex quibus duo erant sacerdotes, cernentibus, ab inquinatione ipse abluit. Nec hoc suffecit iusti iudicis discretioni; quin etiam eum impeditiorem sermone fecit, sicut ipse postea cuidam fratri nostro sacerdoti conquestus est. Deinceps verecundior erga fratres nostros effectus, non audebat amplius sanctum Cornelium verbis irritare, quem tam evidenter didicerat pro defensione servorum suorum vigilare. Vir autem ille vitam suam commutans in monasterio Bonae Spei conversus ibidem in pace quievit.

Cf. II *Tim.* 1, 12.

III. De quodam parochiano qui oblationem suam retinuit, et exactus dare noluit.

Quidam parochianus Ninivensis ecclesiae oblationem debitam nescio qua causa retinuit; quam postea presbiter suus dominus motus [1] sicut iustum erat, publice poscebat. Sed ille homo durus, tali exactione inflammatus, omnino dare recusavit, et presbiterum coram omni ecclesia impudenter blasphemavit. Tunc presbiter nimium tristis prae magnitudine contumeliae effectus est, et obortis lacrimis ad sanctum Cornelium quasi carne praesentem querula voce sic inquit : " O sancte Corneli, nisi vindicaveris me hodie de isto homine, „ numquam tibi leto corde ministrabo. „ Celeris vindicta potentem vindicem adesse monstravit. Nam presbiter mestus ministraturus ad altare [2]; et infra missam ille misers piritu nequissimo repletu sinsanire cepit, ut coram omnibus ibidem vinculis stringeretur, et post paucos dies cum tormento magno vitam finivit. Deinde presbiter tristior

Cap. III. *In* B. — [1] *sic cod.; latet mendum.* — [2] *aliquid excidisse videtur.*

effectus, quod mortem inimici impetraverat, tollens crucem suam Hierosolimam petiit, et digna poenitentia ab eo indulgentiam promeruit, qui se crucifigentibus veniam postulavit.

Quaedam mulier de vico Nederwyck, Ninivensis ecclesiae parochiana, terram suam sancto Cornelio in eleemosinam contulit. Sed quidam dominus eius, Theodoricus nomine, hanc omnino abstrahere voluit. Quadam die sermo de eadem terra in ecclesia movebatur, et ecce Theodoricus, erecta manu contra sanctuarium, posuit in coelum os suum dicens : " Per omnes sanctos, qui hic venerantur, iuro quod „ Cornelius de fructu illius terrae numquam gustabit. „ Tunc dominus Balduinus sacerdos sancto Cornelio nimium fidelis ad eum dixit : " Sanctus Cornelius terram hanc possidebit, et tu cito peribis. „ Quod ita contigit. Nam antequam de terra illa aliquis fructum caperet, obiit et Cornelium heredem dimisit.

Cf. *Psalm.* 72, 9.

IV. De dominis Ninivensibus, qui pro veneratione ecclesiae a Deo exaltati sunt.

fol. 9.

Principes Ninivenses Amelricus et filius eius Amelricus, viri quidem generosi et dignitate famosi, ecclesiam primitus Ninive exaltare ceperunt, et eam summo studio sanctorum pigneribus decorantes, tres canonicos sacerdotes, qui inibi deservirent, statuerunt. Quibus etiam ob spem aeternae retributionis ex suis abundantiis necessaria delegaverunt. Sic Deo devoti, armis strenui, mites subditis, feroces in hostes, gloriam populi sui dilatabant, et quod in actibus secularibus delinquebant, ecclesiam honorando quodammodo conciliabant. Coram regibus et principibus terrae Ninivensium dominorum nomen celebre factum est, et audacia et fortitudine sua gloriam temporalem adepti sunt. Terra etiam Hierosolimorum in operibus eorum aliquando laetata est. Dextra enim Domini in hoc mundo exaltavit eos vehementer. Nam si qui principum, ut saepe contingit, ad bellandum contra Ninivenses advenissent, raro aut numquam sine damno redire potuerunt. Et merito tunc vicerunt, quia in Domino spem suam omnimodo posuerunt, ut vix umquam ad dimicandum contra hostes exirent, nisi prius ecclesiam causa orationis petissent et inde aliquid de sanctorum reliquiis ob certitudinem victoriae secum detulissent. Quadam siquidem die, dum dominus Balduinus de Alost (1) ante villam Okeghem, quae ad dominum de Ninive pertinebat, cum exercitu venisset, et ex

Cf. *Psalm.* 117, 16; II *Par.* 33, 14.

Cf. *Psalm.* 77, 7.

Cap. IV. *In* B; *partim in* A, *f.* 2^{v}*-3. — Partim editum a* MIRAEO *et inde ab* HOLDER-EGGER, MG., *Scr. t. XXV, 554, l. 39-555, l. 2.*

(1) Similem narrationem vid. infra, p. 196, lin. 1 sqq.

ea predam agitare cepisset, armati Ninivenses causa orationis ecclesiam adeunt, et divino auxilio se commendantes quoddam signum inde tollunt, et audacter illis obviantes committunt, et statim dominum Balduinum capientes suos in fugam convertunt et multis annis fines fol. 9. suos a praelio quietos reddunt. Sič sepe triumpharunt, quia Dei auxilio per sanctorum Cornelii et Cypriani merita muniri meruerunt.

V. De domino Gerardo, qui abbatiam Ninive fundavit.

Postea dominus Gerardus, filius Amelrici Flandrensis constabularii fontem paternum in fluvium derivare maluit, ut plurimi ex eo gratius, immo salubrius bibere possent; scilicet ecclesiam, quam patres sui nimium venerabantur, in monasterium sanctae congregationis promovere decrevit. Mox fratres religiosos adduxit aptos piae contemplationi, qui rigati celesti rore in brevi multiplicati sunt Dei benedictione. Quibus etiam vir illustris ob aeternam retributionem temporalia providens ex suo praedio quasdam possessiones perpetuo donavit et in omnibus acquisitis vel acquirendis adiutor et defensor fideliter extitit. Ad ultimum vero in eadem congregatione comam capitis deponens convertitur, et ibidem moriens in ecclesia iuxta uxorem suam Gislam, sicut iustum est, honorifice sepelitur.

VI. Qualiter per maximam tribulationem creverit ecclesia.

fol. 9v-10. Defuncto domino nostro Gerardo, heredes ei dissimiles surrexerunt (1), qui avaritia ducti ab ecclesia abstrahere satagebant quae a patre collata fuerant, extorta in primis varia supellectili, quam praefatus vir ecclesiae contulerat, etiam agris inhiabant. Plaustra nostra segetibus onerata tempore messis violenter abstulerunt et ad castrum duci fecerunt; nec pro reverentia scrinii sancti Cornelii a fratribus ante plaustra in via positi dimittere voluerunt. Tunc unus servorum scrinium pede suo a via dimovit, nec diu supervixit. Fratres quidem redimentes tempus data pecunia panem ecclesiae aliquamdiu emerunt.

Sed pax empta semel brevis est, nisi semper ematur.

Cap. V. *In* B. — *Partim editum a* MIRAEO *et inde ab* HOLDER-EGGER, *l. c., p. 555, l. 3-9.*

Cap. VI. *In* B; *in* A, *f. 4-4v.* — *Partim editum a* MIRAEO *et inde ab* HOLDER-EGGER, *l. c., p. 555, l. 10-13.*

(1) " Gerardus de Grimberghen, qui duxit in matrimonium Mathildem filiam Gerardi de Ninove, cum ea dominatum Ninovensem suscipiens ". HOLDER-EGGER, l. c., not. 1.

Nam pecunia priori, velut in ignem missa fuisset, consumpta, aliam, quaesita iterum occasione, maiori desiderio sitiebant. Qua accepta et cito consumpta, amplius egebant, quia, ut scriptum est, egestas in domo impii. Dando enim minima vel nulla gratia acquirebatur, cessando odium provocabatur. Vulgo quidem dicitur : Melior est prima iracundia quam secunda, et uno digito facile attrahitur quod tota manu vix expellitur. Duo etiam molendina nostra destruere voluerunt, aquam rivuli per alium alveum deducentes; sed episcopi sententia coerciti desierunt. O mira Dei operatio, in omni tribulatione ecclesia semper profecit et potestas adversa infirmata est. *Prov.* 3, 33.

VII. De constructione templi, et quod duo fratres ab alto cadentes incolumes permanserunt.

Sedato modicum turbine adversitatis et multiplicato numero fratrum, templum, in quo primum collocati fuerant, eos pariter cum parochia capere non poterat. Quapropter aliud maius seorsum cum caeteris aedificiis claustralibus construere ceperunt (1). In qua aedificatione prae nimio et sumptuoso labore fratres citius defecissent, nisi eos maxime virtus divina iuvisset. Nam dum lapides foderentur [1], visum est in somnis domino Arnoldo eiusdem ecclesiae priori (2) quod sanctus Cornelius in fovea cum fratribus astaret et lapides magna virtute eiceret. Haec visio fratres ad laborandum nimium confortavit. Dum autem arcus (3), qui chorum et sanctuarium dividit, ante quem lampades pendent, a cementariis consummatus esset, duo canonici Alardus sacerdos, frater prioris, et alter diaconus, Reinerus dictus, ascenderunt, ut sustentacula lignorum de sub arcu deponerent. Deposita magna congerie lignorum, etiam immensa pondera lapidum totius arcus secuta, et fratres pariter ab alto corruerunt. Tanto fragore attoniti ceteri fratres concurrerunt, ut carorum fratrum suorum saltem collisa membra colligerent; et venientes ad confusum acervum lignorum et lapidum invenerunt viventes quos putaverant mortuos. Qui cito incolumitati et solito operi redditi sunt. Res mira et inusitata, sed sancti Cornelii dignitati fol. 10.

Cap. VII. *In* B; *in* A, *f.* 4v-5. — *Partim editum a* Miraeo *et inde ab* Holder-Egger, *l. c., p.* 555, *l.* 14-17. — [1] *Ita* A; funderentur B.

(1) " Quod anno 1157 inceptum, anno 1166 perfectum est ". Holder-Egger, l. c., not. 2. — (2) De Arnoldo vid. infra, p. 197, lin. 1 sqq. — (3) Reliquum caput aliis verbis paucisque circumstantiis mutatis exhibet Balduinus Ninovensis in *Chronico*, *MG.*, Scr. t. XXV, p. 535, lin. 11-17; cf. ibid., not. 1.

congrua. Qui enim multoties immeritos salvat, cur saepe meritos famulos suos in tali periculo non servaret, ne de interitu eorum gauderet inimicus et opus sancti aedificii impediretur.

VIII. Quod villani Ninivenses cum dominis suis ecclesiae adversati sunt, et gravis ultio sit secuta.

fol. 10. Monasterii nostri nondum medietate constructa, adversarius noster diabolus graviter excitatus dominos nostros, Gerardum videlicet de Grimbergis et uxorem eius Mathildem, iniquorum consilio rursus adversus ecclesiam commovit. Ex qua commotione multa damna pertulimus. Qui avaritia caecati, ecclesiasticarum rerum predones magis quam tutores fieri desideraverunt, et quaerentes occasionem optimas possessiones ecclesiae in communes pascuas pecorum commutare comminati sunt, et super hoc cum iniquis consiliati sunt; et sicut in necem Salvatoris Iudei cum principibus consenserunt, ita parochiani nostri contra ecclesiam cum dominis suis unanimiter convenerunt. Clangentes autem buccina adiutores suos convocaverunt et ut officinas ecclesiae cum pomerio absciderent et publicarent, statuerunt. Unde nos pavore perterriti et quid nobis contingeret expectantes, discalceati et superpelliceis induti scrinium sancti Cornelii paravimus, ut illis intra septa claustri venientibus veniam deprecaturi cum reliquiis obviaremus. Sed illi, mutato proposito, claustrum et circumiacentia circuierunt, et pratorum nostrorum sepes detrahentes et pecora intromittentes redierunt. Hanc processionum triduo agentes et tubicinantes, sicut lupi caulas ovium claustrum lustraverunt. Cumque viderent pro his minis non offerri sibi cupitam pecuniam, eam alio modo quaerentes, ecclesiam miserabiliter afflixerunt. Iniquos quosque, ut damna nobis inferrent, sibi attraxerunt; ipsi tamen quasi innocentes iudicari voluerunt. Quicumque ergo nobis extitit sevior, eis tempore illo fuit gratior. Proh dolor, tali patrocinio confisi viri quidam diabolici horreum nobis combusserunt; unde maximum damnum et infortunium[1] nobis provenerunt. Multi ecclesiasticarum et secularium etiam nobilium personarum super nos misericordia moti sunt et, quantum prece poterant, furorem dominorum nostrorum ecclesiae mitigare conati sunt. Episcopus quoque piae memoriae dominus Nicolaus Cameracensis (1) et abbates quam plurimi, dominus

Cap. VIII. *In* B; *in* A, *f. 5-6v. — Partim editum a* Miraeo *et inde ab* Holder-Egger, *l. c., p. 555, l. 17-38.* — [1] infortunia A.

(1) 1137-1167. " Cf. chartam eius anno 1165 datam, qua praevaricatoribus ecclesiae Ninovensis excommunicationem minatur, Chart. Ninov. nr. 22 " [J.-J. De Smet, *Recueil des chroniques de Flandre,* t. II (1841), p. 767-68]. Holder-Egger, l. c., not. 3.

etiam Theodericus de Alost (1) cum multis aliis nobilibus personis pro nobis orarunt; sed nulla prece flectebantur, quia pecuniarum desiderio indurati tenebantur. Postremo venerabilis abbas noster dominus Gerardus, assumptis secum conventus sui senioribus, religiosis quidem viris, castrum adiit, dominum et dominam cum hominibus suis simul repperit eisque cum fratribus suis et sacerdotibus pro ecclesia ad pedes procidit. Qui ut vacuam postulationem viderunt, surgentes fugerunt et sacerdotes Christi prostratos reliquerunt, quos ante se venisse non permisissent, nisi pecuniam sibi afferri sperassent. Tunc abbas surgens cum fratribus ad monasterium rediit et causam suam Christo et eius genitrici sanctoque[2] Cornelio commendavit. Contigit autem in brevi, in die scilicet anniversario quo possessiones ecclesiae cum parochianis nostris in nos etiam furentibus perambulaverant, ut venirent tres fratres, domini scilicet de Sotegem (2), cum suis sequacibus ad pugnandum contra Ninivenses. Qui quasdam casas a villa satis remotas incenderunt; sed, flante vento vehementi, tota fere villa igne[3] consumpta est, utpote cui Deus solitam sanctorum defensionem iusto iudicio suo subtraxerat. Domibus quidem iuxta claustrum ardentibus, nos etiam de incendio aedificiorum claustralium timuimus; sed, multis notantibus[4], verso vento, flamma a nobis repulsa in domos civium grassabatur. Sicque factum est ut vicini nostri, qui pomerium et domos nostras securibus acutis succidere parati erant, ultrice flamma propriis domibus carerent. Hac autem victoria praeter spem adversarii potiti iterum atque iterum securiores redierunt et Ninivenses olim insuperabiles intra munitionem suam retrudentes, quae ante incombusta remanserant[5] combusserunt. Haec sine nutu Dei satellites non fecerunt, quae potentiores numquam facere potuerunt. Sicut enim Deus Pharaonem non leonibus et ursis, sed locustis et muscis perdomuit, ita adversarios ecclesiae non sublimibus potestatibus sed humilibus superavit. Multo autem tempore Dominum illis offensum in operibus et rebus eorum cuncti sapientes notare poterant. Pro nefas, quod potentes huius seculi gladium, quem pro iustitia et ecclesia tuenda susceperant,

— [2] que *om.* B. — [3] *ita* A; m̃ (*vel* ñi) B; *vocula omissa est apud Miraeum et Holder-Egger.* — [4] *ita* A, B *et Miraeus; et cf. infra lin. 32;* votantibus *coniecit Holder-Egger.* — [5] *ita* A *et Miraeus;* permanserant B.

(1) " Qui primus testis nominatur in charta, qua Philippus comes Flandriae se advocatum ecclesiae Ninovensis profitetur; ibid. nr. 24 " [immo nr. 27; De Smet, t. c., p. 771]. Holder-Egger, l. c., not. 4. — (2) *Sottegem* haud procul Aldenarda. " Duo fratres Walterus et Gerardus nominantur inter testes chartae anni 1166., Chart. Ninov. nr. 23 ". [De Smet, t. c., p. 769]. Holder-Egger, l. c., not. 5.



in pauperes et ecclesiasticos viros exercere non verentur. Ideo, nisi Cf. *Sap.* 6, 7. resipuerint, potenter tormenta patientur; et beati qui persecutionem Cf. MATTH. 5, 10. patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum coelorum.

IX. De miserabili calamitate quam, mentita comitis Flandrensis interfectione, una tantum die passi sumus.

fol. 12. Paucis annis transactis et tunc nobis in monasterio novo adhuc imperfecto habitantibus et ad consummandum eum laborantibus, ipsa die qua crux occidentalis eidem a cementariis superposita fuisset, falsus rumor totam provinciam nostram replevit, quod videlicet Philippus comes Flandrensis (1) interfectus vita decessisset. Qua fama domini nostri iterum excitati, qui eo tempore in terra Grimbergensi habitabant, aptum tempus tyrannidis suae exercendae se invenisse arbitrantes, Gerardus scilicet et filius eius Gerardus cum ministris suis ad nos properabant, pecora nostra de claustro et de curiis et quicquid invenire poterant diripiebant, et fratres nostros contumeliis afficiebant, et odium sui cordis exhibitione operis Soph. 1, 15. demonstrabant. Dies illa, dies irae, calamitatis et miseriae, dies Cf. MATTH. 24, 22. amara valde; et nisi breviasset Dominus diem illum, in desperationem[1] etiam electi devenissent. Proposuerant enim turres ecclesiae destruere et ex lapidibus earum castrum suum edificare, fratres vero, detractis vestibus, cum simplici tunica eicere et res ecclesiae sibi mancipare. Sed dum in tali expectatione suspensi essemus, ad *Psalm.* 89, 14. horam diei nonam, quod comes viveret, nunciabatur. Exultavimus et Cf. *Psalm.* 68, 8. delectati sumus, et operuit confusio facies inimicorum nostrorum, et omnia quae abstulerant, ubicumque inveniri poterant, nobis restituta sunt. Illi vero auxilio amicorum suorum gratiam comitis vix obtinuerunt; cui etiam, ut ecclesiam amodo in pace servarent, promiserunt. Benedictus Deus, qui per merita suae sanctae genitricis sanctorumque Cornelii et Cypriani nos a tribulationibus preteritis et presentibus liberavit, eruet etiam per gratiam suam et a futuris! Cavendum vero nobis est, ne per negligentiam nostram ecclesia periclitetur tempore tranquillitatis, quae bene gubernata fuit tempore tantae tempestatis; quia hoc facit sentina neglecta quod fluctus irruens. Misericordia Domini etiam super delinquentes magna est, qui non sinit eos tantum peccare, quantum volunt, ut minus in eis inveniat quod postea puniat, et, dum resipuerint, levius emendent. Eadem

Cap. IX. *In* B; *in* A, *f.* 6v-7v. *Partim editum a* MIRAEO *et inde ab* HOLDER-EGGER, *l. c., p. 555, l. 39-556, l. 8.* — [1] desperatione B.

(1) 1168-1191.

clementia dominus Gerardus de Grimbergis visitatus et longa infirmitate ante mortem suam a Domino correptus, de omnibus malis patratis penituit et per ecclesias plurimas eleemosinis dispertitis, quae commiserat conciliavit. Amicos et filios suos, ne unquam ecclesiae Ninivensi vel Grimbergensi aliquid mali facere praesumant, ammonendo rogavit, sed in omni necessitate adiutores et defensores earum semper existant. Hac quidem bona voluntate prefata, Deo gratias, in ecclesia Grimbergensi conversus religionis habitum suscepit, comam deposuit et in bona confessione tandem vitam finivit (1). Nos vero de filiorum eius (2) amicitia modo gaudemus.

X. Quod etiam per omnem terram invocatio sancti Cornelii prosit infirmantibus.

Nec pretereundum quod mulier et iuvenis quedam de Flandria ad ecclesiam Ninivensem simul venerunt et votum, quod sancto Cornelio voverant, reddiderunt. Infirmabantur autem caduco morbo in sua patria; sed audito rumore miraculorum sancti Cornelii ipsius auxilium invocarunt et statim convaluerunt.

Cap. X. *In* B.

(1) Vid. supra, p. 183. — (2) Vid. ibid.

Hactenus B. *Quae sequuntur fragmenta variis in locis exemplaris* A *legimus; quae eo ordine proferemus, quo in antiquo codice membraneo reperta esse traduntur. Et quidem* (*ita in* A, *f. 10*) *auctor miraculorum referebat* " **fol. 6** (1) *punitionem nobilis illius qui segetes immaturas* „ *secuerat et paralysi intra triduum percussus fuit* „; *quod miraculum in libello nostro lectum ad annum 1166 protulit Balduinus Ninovensis* (MG., *Scr. t. XXV, p. 535, lin. 17-28*). *Ipsa antiquioris auctoris verba non supersunt, praeter clausulam hanc quam servavit nobis exemplar* A, *fol. 10 :* Hoc utrum ad vindictam ecclesiae provenerit, non audeo affirmare, qui ubique proposui veritatem tenere. Sed hoc multis etiam propinquioribus suis credibile videbatur.

(1) Suspicor errorem subesse et legendum esse non **fol. 6**, sed **fol. 16**.

---

fol. 16v (in *A*, f. 3-3v).

Cum dominus Balduinus de Alost (1) cum exercitu suo Ninivensium terminos invasisset et praedam de villa Okenghem abigere cepisset, mox dominus Ammelricus ad arma convolans cum suis obviam hostibus confidenter exivit. Ubi vero ad locum certaminis ventum est, statim eos valido conterrens impetu omnes in fugam convertit et dominum Balduinum principem eorum cum ingenti gloria captivum reduxit. Illudque non praetereundum quod in patrociniis sanctorum Cornelii et Cypriani tam principes quam populi Ninivensium tantam habebant fiduciam et devotionem, ut, quotiens eos hostibus obviam exire contingeret, ecclesiam intrantes et sanctorum se orationibus committentes in signum et securitatem futurae victoriae vexilla ecclesiae secum devota consuetudine deferrent.

---

fol. 19 (in *A*, f. 2-2v).

De consilio abbatum, qui forte advenerant, in electionem domini Gerardi, Laudunensis canonici, omnes unanimiter consenserunt; qui anno gratiae m.c.xlii. in abbatem promotus, morum honestate praecipuus, ut fidelis servus et prudens in amministratione sua annis xliiii strenue militavit. Qui merito ecclesiae nostrae abbas scribitur primus, quia eam primus a paupertate sua nimia relevavit, divitiis quoque et possessionibus ampliavit. Hic autem de Brabantiae finibus insigni prosapia oriundus tam verecundam et quodammodo angelicam videbatur habere faciem, ut in omni tam staturae quam formae elegantia vix aliquam me recolam similem ei aliquando vidisse personam.

fol. 19 (in *A*, f. 8v-9).

Hic igitur (2) post diutinos labores plenus dierum mortuus est anno Domini m.c.lxxxvi, dicente sibi Domino: *Veni, dilecte meus; tempus est ut epuleris in convivio meo cum fratribus tuis.* Huic in amministratione

(1) Haec narratio, cui similem iam supra (p. 189, lin. 34 sqq.) apud auctorem nostrum legimus, iisdem verbis, quibus hic narrata est, comparet 1° sub initio *Historiae fundationis ecclesiae Ninivensis*, editae in *MG.*, Scr. t. XXV, p. 553-54 (vid. ibi, p. 553, lin. 15-24); 2° in narratione *De fundatione Ninivensis ecclesiae*, quam diximus exscriptam esse in exemplari *B*, fol. 7v-8. Hoc scilicet loco legitur statim post titulum prologus iste ineditus: *Unde Ninivensis abbatia suae fundationis sumpserit exordia, ad utilitatem posterorum dignum duximus litteris commendare, praesertim cum materiam tantis plenam virtutum exemplis indecens videatur silentio deperire. Nos igitur nostro non freti, quod permodicum, ingenio, sed in Domino spem ponentes et Spiritus sancti gratiam nobis adesse postulantes, prout veridica relatione ab his, qui initio interfuerunt, cognovimus, rem gestam ex ordine prosequamur.* Sequitur iam ipsum initium *Historiae fundationis*, inde ab *Erat <itaque> vir quidam...* usque ad: *devota consuetudine deferrent* (= *MG.*, Scr. t. XXV, p. 553, lin. 2-24). — (2) Nempe *Gerardus abbas*, ita scriba *A*.

successit celebris memoriae dominus Arnoldus (1), qui primo conversionis suae anno prioratum promeruit, quem per xlv annos probabiliter gubernavit, donec postea in abbatem est electus, dicente sibi Domino: *Amice, ascende superius.* Luc. 14, 10. Qui vir septem liberalibus artibus adprime est eruditus, immo in omni scientia <tam> seculari quam divina plane melioribus praeferendus; de quo veraciter potest dici:

Plus quam laudatur est quod laudetur in illo.
Cuius vita viae fuit index, lingua sophiae.

Qui vehementem religionis austeritatem habens ad se ipsum et constantiam liberrimae increpationis exercens ad corrigendos excessus delinquentium, tempora sua ornavit Christi bono odore usque ad consummationem vitae. Armaria vero nostra variis et exquisitis et chorum necessariis replevit libris. Thecam quoque ecclesiasticam cappis sericis et vestibus adornavit deauratis, immo totius ecclesiae possessiones ampliavit et terminos nostros dilatavit.

Quem ad conversionem secuti sunt duo fratres, Alardus scilicet et Damianus, et una soror, Haduigis nomine, mulier magnae religionis. Erant autem hi duo fratres tamquam duo magna luminaria in domo Domini lucentia, viri plane gloriosi in vita sua. Quorum alter, Alardus scilicet, fortissimus robore, in edificatione templi et domorum extitit fortissimus operator, et postea in praepositura longo tempore fideliter ministravit.

His exscriptis, ita pergit A (*fol. 9-9*ᵛ): “ *Mox rursum narrat* (*antiquus* „ *auctor*) *miraculum quod Alardo contigit et Reinero in lapsu fornicis,* „ *de quo supra* [*p. 191, cap.* vii], *praeterquam quod hic scribat:* reperti „ sunt sani et incolumes et nichil mali habentes. *Damianum postea* „ *laudat a claris moribus, litteratura et praecipue in musica, atque ab* „ *arte pictoria in fenestris ecclesiae vitreis.* „ *Eadem paene omnia transcripsisse Balduinum Ninovensem* (2) *recte monet auctor exemplaris* A, *qui subdit:* “ *Arnoldus vero abbas obiit anno 1190* „, *addit vero etiam verba haec auctoris antiqui de illius obitu:*

Quantus autem dolor, quantus luctus erat omnium principum, militum, clericorum, laicorum de consilio eius suas poenitentias agentium, non est nostrae facultatis evolvere. **fol. 20**ʳ (in *A*, f. 9ᵛ).

(1) Hunc locum legit et partim exscripsit Balduinus Ninovensis in *Chronico*, ad an. 1441 (*MG.*, Scr. t. XXV, p. 531, lin. 11 sqq.; cf. ibid., p. 549, lin. 42 sqq.). — (2) *MG.*, Scr. t. XXV, p. 531, lin. 17 sqq.

DE CODICE 307

BIBLIOTHECAE PUBLICAE GANDAVENSIS

Nescio qua mala fortuna factum est ut, cum olim in hisce *Analectis* recenserentur codices bibliothecae publicae Gandavensis hagiographici (1), prorsus praetermitteretur codex 307, et ipse hagiographicis documentis refertus. Quod cum nuper animadvertissemus, et quod omissum erat supplere vellemus, ut codex ille huc inspiciendus mitteretur, a viro doctissimo et humanissimo Ferdinando van der Haeghen, bibliothecae Gandavensi praefecto, impetravimus.

Constat foliis pergamenis 159 ($0^m,287 \times 0^m,205$), quae manus recens per pagellas satis neglegenter signavit numeris 1-304 (2), quando recensere oportebat pagellas 1-318. Seriem tamen, qualis nunc in codice notata est, et ipsi sequemur, ne, recta serie restituta, nocere magis quam prodesse lectoribus videamur.

Porro in hoc uno volumine compaginati sunt codices duo iique mutili.

Prioris, cuius supersunt pagellae 1-92 una manu saec. XI exaratae, periit pars ultima; desinit enim extrema pagella 92 in media quadam sententia capituli 59 *Diadematis monachorum* a Smaragdo abbate conscripti, desuntque reliqua capitula numero quadraginta.

Alter initio suo caret. Licet enim reliquae pagellae 93-304 a decem diversis amanuensibus saec. XI, XII, XIII conscriptae sint (3), eis tamen unum codicem effici ex hoc indice colligimus, quem in pagella 304 partim minio partim atramento depinxit eadem manus, quae pagellas 297-304 scripserat :

Horum sanctorum Actus vel Passiones continet liber iste. Exhortationes patrum. Vita sancti Martini episcopi. Vita sancti Brictii episcopi. Vita sancti Clementis episcopi et confessoris et de successoribus ipsius. Vita sancti Trudonis confessoris. Vita sancti Eucherii episcopi et confessoris. Ordinatio sancti Clementis papae et Sermones sancti Effrem ad monachos de die iudicii. Passio sancti Sebastiani martyris et aliorum et Excerpta quaedam de ecclesiasticis ordinibus. Vita sancti Servatii episcopi et Vita sancti Udelrici episcopi et confessoris. Passio sancti Kyliani episcopi et martyris et Passio sancti Victoris martyris. Passio sancte Symphorose cum VII filiis et Vita sancti Goaris confessoris. Passio sanctarum Rufine et Secunde virginum. Passio sancti Cyrilli martyris et episcopi. Passio sancti Procopii martyris.

(1) *Anal. Boll.*, t. III, p. 167-216. — (2) Septem nempe locis omisit signare singula folia sive binas pagellas, nempe post pagellas quae nunc sunt 6, 40, 98, 100, 116, 122, 232. — (3) Nempe 93-116 et pars superior 117[ae]; — 116[bis] et 116[ter]; — 117[ae] pars reliqua et 118-129 med; — 129 med.-131 et 207 med.-208; — 132-207 med.; — 209-232[bis]; — 233-280; — 281-286 post med.; — 286 post med.-296; — 297-304.

Iamvero absunt nunc a codice tres priores libelli (*Exhortationes patrum, Vita Martini, Vita Brictii*), sed et *Passio Sebastiani et aliorum*. Tres autem priores iam pridem pessum ivisse atque mutilum nostrum codicem mutilo Smaragdi libello dudum coniunctum esse, ex hoc ipso indice docemur, in quo manus quaedam saec. XV, expunctis verbis : *Vita S. Martini epi, Vita S. Brictii epi*, prima verba ita, ut sibi videbatur, explicavit : *Exhortationes patrum, hoc est Smaragdum sive Diadema monachorum pro parte*.

Erat olim codex monasterii S. Maximini Treverensis, in cuius bibliotheca signatus erat n° 235 (pag. 1).

Singuli libelli, quos obiter supra memoravimus, iam distinctius recensendi sunt.

1. (Pag. 1-92). Smaragdus sive dyadema monachorum. [Saec. XI].

Migne, *P.L.*, CII. 593-656. Desinit pag. 92 in his verbis medii capituli 59 : *ut in eo crescentes, ad eum* | [*panem proficiscamini...*] Post prologum legitur (pag. 1-3) index omnium capitulorum, quae sunt nempe numero 100.

2. (Pag. 93-98). Vita beatissimi Clementis Metensis urbis primi episcopi ab urbe Roma missi = *BHL*. 1859. [Saec. XI].

3. (Pag. 98-102). Item pauca de gestis subsequentium pontificum. [Saec. XI].

Pauli *Gesta episcoporum Mettensium*, inde a Coelesti secundo episcopo (*MG*., Scr. t. II, p. 262-68). Inc. : *Successit huic primo pontifici beatissimo Clementi vir plenus Deo*... Omissa sunt epitaphia (*MG*., t. c., p. 265-67), non tamen sententia (*Quarum-curavi*), qua epitaphia inducuntur (*MG*., t. c., p. 265, lin. 35-37).

4. (Pag. 102-122). Vita sancti Trudonis = *BHL*. 8321. [Saec. XI].

Excidit unum folium inter pag. 104 et 105 ; excidit et alterum, quod cum priore coniunctum erat, inter pag. 116-117; unde deest tum altera pars cap. I, totum caput II et prior pars cap. III, tum altera pars cap. XVIII, tota capita XIX et XX et pars prior cap. XXI; verum in pergamena quadam minore, quae inter pag. 116 et 117 inserta est, supplevit manus saec. XII caput XX et quae deerant cap. XXI. Insuper in media pag. 117 sive ex oscitantia, sive quia exemplar mutilum exscribebat, transivit amanuensis uno tenore ab ultima parte cap. XXII ad caput XXV, omissis non solum capitulis XXIII et XXIV, sed et fine cap. XXII atque initio cap. XXV : *Inclitissima quoque coniunx ipsius Plectrudis pro aeternae vitae commertio altare conspiciens, puerum quem secum habebat ad illum transmisit*.

Vitae subiunctus est epilogus ; quem hic subicere visum est (vid. append. I).

5. (Pag. 122-126). Vita sancti Eucherii episcopi et confessoris = *BHL*. 2660. [Saec. XI].

6. (Pag. 127-129). Ordinatio beati Clementis papae et martyris. [Saec. XI].

Narratio fere ad verbum exscripta ex Rufini interpretatione epistulae spuriae Clementis ad Iacobum (*BHL.* 6646), cap. 2-6 et 16-19. Inc. : *In diebus illis cum sanctus apostolus Petrus finem vitae suae sibi imminere cognovisset, in conventu fratrum positus manum discipuli sui Clementis tenens repente surrexit* (Cf. Migne, *P.G.*, II. 35; *P.L.*, CXXX. 19 extr.)... — Des. : *posuit manum super caput Clementis et in cathedra sua cum ingenti verecundia illum sedere compulit, et benedixit eum, et sic sanctus Clemens sedit in cathedra eius apostolatus* (cf. *P.G.*, t. c., 55; *P.L.*, t. c., 26 extr.).

7. (Pag. 129-131). [Fragmentum liturgicum]. [Saec. XII].

Ruperti Tuitiensis, *De divinis officiis*, lib. iii, cap. 1 et 2 (Migne, *P.L.*, CLXX. 55-58).

8. Pag. 132-179). Sermones sancti Effrem ad monachos de die iudicii. [Saec. XI].

Sermones nempe qui incipiunt : 1° *Gloria omnipotenti Deo...* et 2° *Dolor me compellit dicere...* Cf. Assemani, *Ephraem Syri opera...*, t. I graece et latine (Romae, 1732), lxxxi, 5° et 1°.

9. (Pag. 179-207). Liber II sancti Effrem diaconi de beatitudine animae. [Saec. XI].

Sermones qui incipiunt : 1° *Beatus qui odio habuerit hunc mundum...* ; 2° *Dominus noster Iesus Christus, qui descendit...* ; 3° *In luctaminibus huius saeculi...* ; 4° *Venite, dilectissimi fratres mei...* Cf. Assemani, l. c., 6°, 8°, 7°, 4°.

10. (Pag. 207-208). [Fragmentum liturgicum]. [Saec. XII].

Ruperti Tuitiensis, lib. cit., cap. 3 (Migne, t. c., 58-60).

11. (Pag. 209-222). Expositio partim sumpta de ordine clericatus officii. [Saec. XII].

Desumpta maxime est ex Amalarii *De ecclesiasticis officiis*, libro ii et iii. Inc. : *Homo constat ex quatuor elementis...* — Des. : *qui est advocatus apud Patrem Iesus Christus dominus noster.*

12. (Pag. 222-223). [De paenitentia]. [Saec. XII].

Inc. : *Nullum peccatum impunitum relinqui potest...* — Des. : *si renovata morum probitate transacta malitia non repetatur.*

13. (Pag. 223-224). De confessione facienda. [Saec. XII].

Inc. : *Omni die Deo in oratione nostra aut semel aut bis...* — Des. : *et suam de eo confessionem accipere.*

14. (Pag. 224-232 bis). Sancti Cypriani episcopi de duodecim abusibus. [Saec. XII].

Migne, *P.L.*, IV. 869-82.

15. (Pag. 233-236). Vita sancti Servacii Traiectensis episcopi. [Saec. XI].

Vid. infra, append. II.

16. (Pag. 236-265). Vita sancti Vodelrici (*scil.* Udalrici) confessoris Christi = *BHL.* 8362. [Saec. XI].

Deest tum prologus, tum epilogus.

17. (Pag. 265-277). Vita vel Passio sancti Kiliani martyris = *BHL.* 4661. [Saec. XI].

Deest prologus.

18. (Pag. 277-284). Passio sancti Victoris martyris = *BHL.* 8570. [Saec. XI (p. 277-280) et saec. XII (p. 281-284)].

19. (Pag. 284-286). Passio sancte Symphorose cum VII filiis suis = *BHL.* 7971. [Saec. XII].

Adest narratio de morte Hadriani (*Act. SS.*, Iul. t. IV, p. 355, n. 24).

20. (Pag. 286-296). Vita sancti Goaris = *BHL.* 3565 α. [Saec. XIII].

21. (Pag. 297-301). Passio sanctarum Rufine et Secunde = *BHL.* 7359. [Saec. XIII].

22. (Pag. 301-303). Passio sancti Cyrilli episcopi et martyris = *BHL.* 2069. [Saec. XIII].

23. (Pag. 303-304). Passio sancti Procopii martyris = *BHL.* 6949. [Saec. XIII].

APPENDIX

I

Serius animadvertimus epilogum, quem Vitae S. Trudonis in hoc codice subiunctum dixeramus (supra, p. 199, 4°), ad verbum convenire cum altera parte prologi editi : *Haec igitur pauca — per immortalia saecula saeculorum. Amen* (apud Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 1072, c. 2).

II

Narratio de S. Servatio

Hanc narrationem in ipso Gandavensi codice legit v. cl. Bruno Krusch atque ex ea praecipua quaedam excerpsit et edidit in *MG*. Scr. rer. merov., t. III. p. 85-86. Compositam esse a scriptore Mettensi recte monuit idem vir clarus, deque eo sapienter suum iudicium protulit his verbis : " Scriptoris maxime intererat de

„ reliquiis S. Stephani Mettensibus referre, quomodo, Chunis irruentibus, abscon- „ ditae posteaque iterum inventae essent. Eius opinione sedi Mettensi tunc praeerat „ Iustinus, dum in catalogis e Paulo (Diacono) pendentibus S. Auctor Servatio „ coaevus attribuitur. Vita haud male excogitata ab homine ingenioso alicuius „ momenti mihi videtur esse „ (ibid., p. 86).

Quamvis ergo non solum in nomine Mettensis illius episcopi, qui tempore Servatii vivebat, sed et in aliis etiam rebus ab antiquioribus Vitis S. Servatii discrepet Mettensis scriptor atque antea inaudita proferat, operae tamen pretium videtur ut ipsius opella integra proferatur, sicque corpori iam satis amplo legendarum Servatianarum accedat. Integram opellam dixi, saltem qualis in Gandavensi codice comparet; in quo describendo si nihil omisit scriba, — neque illum omisisse crediderim, — erravit qui lemma “ *Incipit Vita...* „ narratiunculae praefixit; hanc enim veri nominis “ Vitam „ nequaquam esse liquet.

p. 233. **Incipit Vita sancti Servacii Traiectensis episcopi.**

Eo tempore quo Huni Galliam saepe irruentes vastaverunt, contigit quod sanctus Servacius in Traiectensi urbe praeesset et sapiens ac utilis doctor populi praesulatus officio potiretur ac pontificali sede unanimi totius populi electione sublimaretur. Qui et ipse sapiens erat in verbo et affabilis eloquio, sincerus in mente, perfectus in virtute et in omnibus moribus bonus et honestus. Cui dormienti revelatum est a Deo quod deberet vastari ab Hunis omnis regio, ita ut nullus in hominibus vel in iumentis relinqueretur, sed tota provincia vastaretur. Evigilans autem a somno nimium angustiatus baculum et peram adprehendit et, uno puero secum comitante, Romam adiit, ibique sanctorum apostolorum Petri et Pauli patrocinia quaerere voluit. Et cum illuc pervenisset, omnes ecclesias orando circuivit[1] sanctosque Dei martyres pro se et pro omni populo sibi subiecto divinam clementiam postulavit. Ad ultimum autem ad ecclesiam Sancti Stephani protomartyris venit et prosternens se coram altari inenarrabilibus lacrimis coepit flere, sanctumque Stephanum protomartyrem Christi enixius interpellare, ut supernam pro se et omni populo clementiam exoraret, admonens illum ut recordari vellet, quod eius sanctae reliquiae in prima Mettensis urbis ecclesia absconditae fuissent. Interea dum haec orando diceret, secundum diffinitionem Dei raptus est in extasi caelumque apertum vidit et sanctos apostolos Petrum et Paulum in throno maiestatis Dei sedentes conspexit sanctum Stephanum protomartyrem Christi coram eis prostratum iacentem et sine ulla intermissione pro ereptione populi supernam exorare clementiam eorundemque apostolorum dignum

[1] *cod.* circuut.

apud Deum quaerere interventum. Saepe etiam sanctum Paulum admonuit ut recordari vellet quod primus lapis ab eo in se mitteretur et per eius potestatem ac licentiam ab ipso populo datam crudeliter lapidum ictibus obrueretur, et ita acerba morte corporali vita privaretur. Cui sanctus respondit Petrus : " Quare nos, fili, „ interpellando tantum fatigas? Nonne scis quia in conspectu | p. 234. „ omnipotentis Dei est diffinitum quod omnis provincia Galliarum „ barbarica infestatione debet vastari. Cessa, frater Stephane, cessa „ nos inquietare, quia non possumus inmutare quod omnipotens „ Deus voluit praedestinare. Sed propter tuam petitionem, necnon „ et propter honorem prioratus tui, eo quod primus omnium pro „ Christi nomine post ipsius passionem es martyrizatus ac gloriose „ coronatus, sola ecclesia, in qua sunt tuae reliquiae conservatae, „ servabitur illaesa. „ Quod sanctus Stephanus ut audivit, gratias agens eis ab eorum conspectu discessit et ad sanctum virum Dei, ubi coram altari prostratus iacuit, accessit, ac ei per ordinem cuncta sanctorum apostolorum verba indicavit, et quo ordine impleri deberent ei sollicite intimare curavit; atque subiungens eumque depostulans dixit : " Pater, praecipe Iustino episcopo ut sollicite „ meas parvas curet observare reliquias, quia, omni regione Galliarum vastata, illa sola stabit ecclesia. Hoc sanctorum apostolorum „ interventu a Domino merui obtinere. Et tu, pater, hanc desolationem minime videbis, sed in pace praesens saeculum finiendo ad „ Dominum migrabis. „ Vir autem <Dei>[1] cum hoc audisset et verum, non falsum, esse credidisset, baculum apprehendit et nimia celeritate ire tentavit. Interea episcopo in Metensi urbe commorante, per somnium revelatum est quod aut ipse Dominus aut eius fidelis nuntius illuc veniret omnesque fratres visitare vellet. Qui surgens de lecto omnes fratres iussit venire illumque honorifice suscipere. Qui cum perrexissent et totam noctem ambulando laborassent, ad ultimum vir Dei, uno puero secum comitante, venit eosque pacificis verbis salutavit. Quem unus e fratribus valde superbus ut vidit, eum in animo despexit et dixit : " Hic est ille, de quo „ olim dicere audivimus, et totam noctem insomnem ducimus? Quid „ in eo laudabile videmus? Nonne est pauper et despectus? „ Quod vir Dei statim intellexit eumque increpavit et dixit : " Frater, „ quam|vis sim vilis et despectabilis, pretiosum tamen nuntium p. 235. „ porto, sed propter tuam superbiam ulli vestrum indicare nolo. „ Quod audiens Iustinus prostravit se ad pedes eius dicens : " Domine, „ noli celare, sed tantummodo mihi et quantiscumque tibi placuerit „ indica „. Qui, assumpto episcopo et senioribus fratribus, seorsum

[1] *supplevi.*

— Albertus in publica disputatione ingenium fratris Thomae miratur his verbis : " Nos vocamus istum bovem mutum, sed ipse adhuc talem dabit in doctrina mugitum, quod in toto mundo sonabit. " [26

Tocco, num. 13. — HERFORD, p. 201. — VALLADOLID, cap. 7, p. 98. — *Leg. Colon.*, cap. 17. — PRUSSIA, cap. 7, p. 103. — RUDOLPHUS, I, 6. — Paulo aliter hanc et praecedentem narrationem refert HERMANNUS DE FRITZLAR in sermone habito in solemnitate s. Thomae. Ap. Fr. PFEIFFER, ***Deutsche Mystiker des XIV Jahrh.*** (Leipzig, 1845), Bd. I, p. 100.

— Albertus, hortante s. Paulo apostolo, expositionem librorum s. Dionysii de caelesti hierarchia perficit. [27

VALLADOLID, cap. 6, p. 98. — *Leg. Colon.*, cap. 16, fusiore calamo describit hanc visionem, " de quo ipse [Albertus] aliquando retulit suis familiaribus in haec verba " etc. — PRUSSIA, cap. 25, p. 199, hanc narrationem in codice quodam invenit, qui expositiones Alberti in libros Dionysii Areop. complectebatur. Ipsam narrationem praecedebant verba : " Novi fratrem vita et scientia clarum, qui se dixit vidisse libros domini Alberti super Dionysium, ubi invenit de manu eiusdem Alberti notam istam : " Tutis auribus loquor " etc. — RUDOLPHUS, I, 9 hunc fratrem " vita et scientia clarum " fuisse sanctum Thomam Aquinatem asserit.

— [Thomas de Aquino caput ferreum, ab Alberto constructum, quod ad omnem quaestionem respondebat, destruit.] [28

TOSTATUS, *Opp. omn.*, t. I, p. 610 (Coloniae 1613), (Comm. super Genes. cap. XXXI), et t. II, p. 181 (Comm. in Exod., cap. XIV, quaest. II). —

Hanc fabulam iam in commentariis Henrici de Langenstein in Genesin contineri tradunt. Cf. Quetif, *Scr. O. Pr.*, t. I, p. 171.

— Thomas de Aquino Alberti praelectiones de Ethica Aristotelis in compendium redigit. [29

Tocco, num. 13. — Prussia, cap. 7, p. 103. — Rudolphus, I, 6.

— Albertus Coloniae vidit fieri altissimas foveas, in quarum fundo inventa sunt paramenta mirabilis decoris. [30

Alb. opp., vol. IX, p. 605 : *De propriet. elem.*, lib. I, tract. II, cap. III. Cf. relationem *Chronicae regiae Coloniensis*, continuatione V^a, S. Pantaleonis III^a, rec. Waitz (Hannover, 1880), p. 293.

— Albertus Coloniae hospitio excipit regem Romanorum Guilielmum, qui eius precibus commotus, conventum Praedicatorum in civitate Ultraiectensi fundat. [31

Ioh. de Beka, ap. Böhmer, *Fontes Rer. Germ.*, t. II, p. 438-39. — *Chron. Magn. Belgicum* ap. Struvium in *Rer. Germ. Scr.*, t. III, p. 268-69 et p. 274. — Cf. ea quae diximus *Anal. Boll.*, t. XIX, p. 263, n. 28. Diplomatis Guilielmi regis ibidem citati exemplar originale repositum est in tabulario regio Confluentino.

1249, Mai 7. " Anno 1249 nonis Maii eodem Alberto lectore fratrum Praedicatorum aliisque arbitris intercedentibus Conradus, archiepiscopus Coloniensis civibus Colonien. praeclara fori privilegia indulsit. „ [32

Sic J. H. Heister in opere *Suffraganei Colonienses* (Coloniae 1641), p. 73, penes quem sit rei fides.

1252, Mart. 25. Conradus de Hochstaden, archiep. Colon. et cives Colonienses, Hugonem [a Sancto Charo] sedis apostolicae legatum et Albertum arbitros inter se constituunt. [33

Rec.: Cardauns, *Reg.*, n. 315. — Cf. *Annalen* etc., Doppelheft 21 et 22, p. 273.

1252, Mart. extr. Fr. Albertus ordinis fratrum Praedicatorum, dictus lector in Colonia, quae sint in arbitrio inter archiepiscopum et cives Colonienses pronuntianda, statuit. *Actum et datum a. d. 1251.* [34

Impr.: Ennen, *Quellen*, t. II, n. 304, p. 309.
Rec.: *Mittheilungen*, n. 182 (1).

(1) Originalia documentorum, quae in *Mitth.* etc. citantur, in tabulario urbis Coloniensis asservantur, et quidem sub eodem numero, sub quo hic referuntur.



1252, April. Hugo, tit. s. Sabinae presbyter Cardinalis et Albertus lector fr. Praed. in Colonia litem inter archiepiscopum et cives Colonienses arbitrio componunt *Actum Coloniae a. d. 1252 mense Aprili.* [35

Impr.: *Securis*, etc., p. 239. — Lacomblet, II, n. 380. — Ennen, *Quellen*, t. II, n. 306, p. 311.

Rec.: Heister, p. 73. — *Mitth.*, n. 183.

1252, Dec. 12. Innocentius papa IV arbitrium Hugonis et Alberti mense Aprili latum confirmat. [36

Impr.: Ennen, *Quellen*, t. II, n. 314.

Rec.: Potthast, n. 14809. — *Mitth.*, n. 189.

c. 1252. Albertus fratrem Thomam de Aquino magistro ordinis Praed. Iohanni in baccalaureum studii generalis Parisiensis proponit promovendum. [37

Tocco, num. 15. — *Brevis hist. conv. Paris.*, ap. Martene, *Ampl. Coll.*, t. VI, col. 553.

1253, Aug. 20. Innocentius papa IV Iohannem abbatem Tuicensem, institutum ab archiepiscopo Coloniensi et Alberto lectore fratrum Praedicatorum Coloniensium, auctoritate Hugonis cardinalis legati, confirmat „. [38

Impr.: Berger (Él.), *Les registres d'Innocent IV*, Reg. n. 6968.

Rec. ap. Rodenberg, *Epistolae saec. XIII e regestis Pontificum Romanorum selectae*, t. III (Berolini 1894), p. 191.

1254. Albertus in capitulo provinciali provinciae Teutoniae ord. Praed. Wormatiae celebrato eligitur prior provincialis eiusdem provinciae. [39

“ Post haec Albertus fit provincialis Theutoniae. „ Herford, p. 200.— *Chron. mag.*, col. 359. — “ ... per Theutoniam ad provincialatus officium in conventu Wormatiensi a. 1209 (!) fuit electus. „ *Leg. Colon.*, cap. 4. — “ ... ad provincialatus officium per Theutoniae provinciam in capitulo provinciali Wormatiae a. 1254 celebrato per fratres eligitur. „ Prussia, cap. 26, p. 202. — Rudolphus, I, 10. — “ 1254 celebratum fuit cap. prov. in Wormatia. Hic electus est in provincialem dominus Albertus, doctor maximus. „ Ioh. Meier in catalogo capp. provincialium (Cod. Basil. E, III, 13). Excerpta ex actis capituli habes ap. Prussiam, cap. 26, p. 204. Partem epistolae, quam Albertus inde ad omnes conventus suae provinciae transmisit: cap. 27, p. 212-13. In hoc capitulo patres congregati fratrem quendam in Betovia (Petau) sepultum ob vitium proprietatis extumulari et privari ecclesiastica sepultura iusserunt. Prussia, cap. 27, p. 212. — Cf. *Leg. Colon.*, cap. 4. — Rudolphus, I, 10.

1254. Albertus apud comitem de Ottenheim in Bavaria hospitatur. [40

CANTIMPR., l. II, cap. 10, § 25, p. 142. — VALLADOLID, cap, 3, p. 97. — *Chron. mag.*, col. 360. — *Leg. Colon.*, cap. 10. — PRUSSIA, cap. 29, p. 228. — RUDOLPHUS, I, 16.

1254. Albertus conventus suae provinciae visitat, *pedester incedendo, non habens aes in zonis, sed cum fratribus ostiatim mendicando panem.* [41

Leg. Colon., cap. 4. — PRUSSIA, cap. 26, p. 203-4. — RUDOLPHUS, I, 10. Diversimode dicti auctores itinerarium Alberti describunt.

c. 1254. Albertus monasterium sororum, quod dicitur Paradisus, ad ordinem recipit ac sorores introducit. [42

HENRICUS DE OSTHOVEN, ap. I. S. SEIBERTZ in *Quellen der Westphälischen Geschichte,* Bd. I (Arnsberg, 1857), p. 7-9. — HERFORD, p. 201. — *Chron. mag.*, col. 359. — *Leg. Colon.*, cap. 14, reicit fundationem post a. 1262. — PRUSSIA, cap. 38, p. 271, Legendam Colon. sequitur. RUDOLPHUS, I, 11 relationem Henrici de O. excepit. — Cf. ea, quae scripsimus *Anal. Boll.*, t. XIX, p. 259.

c. 1254. Albertus confirmat dispensationem Hugonis cardinalis circa quasdam sorores ordinis S. Benedicti, ut ad regulam beati Augustini transeant in Paradiso de monasterio dicto Büren. [43

HENR. DE OSTHOVEN, ap. SEIBERTZ, *Quellen.*, etc., t. I, p. 9. — RUDOLPHUS, I, 11.

1255, Febr. 17. Magister Albertus, prior provincialis fratrum Praedicatorum testatur collationem decimae ex silva apud Anstele, factam per archiepiscopum Conradum thesaurario maioris ecclesiae Philippo. [44

Rec.: CARDAUNS, *Reg.*, n° 382.

1255, Febr. 17. Magister Albertus, provincialis fratrum Praedicatorum testatur collationem decimae in Hüvel, factam per archiepiscopum Conradum thesaurario maioris ecclesiae Philippo. *Dat. in Colonia 1254, XIII kal. Martii.* [45

Impr.: KORTH (Leon.), *Liber privilegiorum maioris ecclesiae Coloniensis,* Urk. n. 42, in WESTDEUTSCHE ZEITSCHRIFT FÜR GESCHICHTE U. KUNST, Ergänzungsheft, III (Trier, 1886), p. 226.

1255, Mai 7. Alexander papa IV abbati in Lenin Ord. Cist. et priori provinciali fratrum Praedicatorum Alemanniae mandat, ut Iohanni marchioni Brandeburgensi et Iuttae filiae Alberti ducis Saxoniae licentiam conce-

dant contrahendi matrimonium ad invicem, licet tertia consanguinitatis linea sint coniuncti. [46

POTTHAST, n. 15840.

1255, Iun. Celebratur capitulum generale ord. Praed. apud Mediolanum. [47

Acta capp. gen. ord. Praed., ed. REICHERT in MON. ORD. PRAED. HIST., t. III, p. 72.

1255, post. Iun. Albertus praeest capitulo provinciae Teutoniae ord. Praed. apud Ratisbonam. [48

Leg. Colon., cap. 4. — IOH. MEIER, l. c., reg. 39. — PRUSSIA, cap. 26, p. 205 et RUDOLPHUS, I, 10, Albertum hoc anno Augustae comitiis provincialibus praesedisse putant. Ex actis eius capituli quaedam refert PRUSSIA, l. c.

1256, Mart. 11. Alexander papa IV priorem provincialem fratrum Praed. in Alemannia rogat, exhortetur priores et fratres, ut se viriliter accingant ad liberandum proximos de manibus paganorum in Livoniae ac Prusciae partibus. [49

POTTHAST, n. 16289.

1256, Iun. Celebratur capitulum gen. ord. Praed. Parisiis. [50

Acta capp. gen., ed. REICHERT in MON. ORD. PRAED. HIST., t. III, p. 78.

1256, p. Iun. Albertus praeest capitulo provinciae Teutoniae ord. Praed. apud Erfordiam. [51

Leg. Colon., cap. 4. — RUDOLPHUS, I, 10. — IOH. MEIER, l. c. in Reg. 39.

1256, Oct. 4. Albertus, per papam ad curiam citatus, Anagniam venít, et die sexta Octobr. in solemni cardinalium consistorio librum Guilielmi de S. Amore redarguit ac refutat. [52

CANTIMPR., II, cap. 10, § 23, p. 141. — *Chron. min. Erphord.* in *MG.*, Scr. t. XXIV, p. 202. — HERFORD, p. 197. — VALLADOLID, cap. 3, p. 97. — KORNER, p. 272. — *Chron. mag.*, col. 357. — *Leg. Colon.*, cap. 8. — PRUSSIA, cap. 29, 30. — RUDOLPHUS, I. 14.

1256. Albertus in curia Alexandri papae IV errorem oppugnat Averrois : omnium hominum non esse nisi unum intellectum agentem. [53

Alb. opp., vol. XXXIII, p. 75 et 100 : *Summa Theol.*, p. II, tract. XIII, quaest. 77, membr. 3.

1256. Albertus in curia Romana evangelium Iohannis et epistolas canonicas exponit. [54

CANTIMPR., lib, II, cap. 10, § 24, p. 141. — DE FLAMMA, *Chron.* in MON. ORD. PRAED. HIST., t. II, p. 99. — VALLADOLID, cap. 3, p. 97. — *Chron. mag.*, col. 359. — *Leg. Colon.*, cap. 9. — PRUSSIA, cap. 29, p. 227. — RUDOLPHUS, I, 15.

1256. Thomas Aquinas responsiones Alberti in consistorio factas, abbrevians et in unum redigens, ordinat ex eis libellum gratiosum. [55

Alb. opp., l. c., p. 100. — HERFORD, pp. 197 et 202. — PRUSSIA, cap. 32, p. 238. — RUDOLPHUS, I, 14. Albertus ipse et Prussia Thomam non nominant, contra vero Herford et Rudolphus.

1254-1257. [Albertus conventus fratrum Praedicatorum erigi curat in Soest, Haerlem, Hildesheim, Zutphen]. [56

Leg. Colon., cap. 4. — Tempore provincialatus Alberti quatuor conventus erigendos a capitulo generali concessos esse provinciae Teutoniae ex *Actis capp. gen.* (MON. ORD. PRAED. HIST., t. III, pp. 71 et 83) patet. Vix tamen fundationem conventuum illorum, quorum nomina *Leg. Colon.* recenset, ad annos Alberti referre licet. Potius eo tempore fundati esse videntur conventus Straussbergensis (1254), Seehusensis (1255), Rostocensis (1256).

1254-1257. Albertus epistolam ad singulas provinciae suae domos mittit praecipiens, ut *quilibet frater semel in anno suam conscientiam aperiat Priori suo, et peccata sua omnia, in quibus est, confiteatur, ut vultum pecoris sui agnoscat.* [57

PRUSSIA, cap. 27, p. 210-11.

1257, Iun. Albertus in capitulo generali ordinis Praed. Florentiae celebrato a provincialatu absolvitur. [58

Acta capp. gen. in MON. ORD. PRAED. HIST., t. III, p. 89.

1257. Celebratur capitulum provinciae Teutoniae ord. Praed. Augustae. [59

Leg. Colon., cap. 4. — IOH. MEIER, *Series capp. prov. Teutoniae* in codice citato in Reg. 39. — PRUSSIA, cap. 26, p. 205, videtur capitulum Augustense ad a. 1255 referre, quem secutus est RUDOLPHUS, I, 10. Prussia ex actis cap. Augustensis nonnulla operi suo inseruit l. c., quae, an ad Albertum pertineant, dubium videtur.

1258, Mart. 20. Archiepiscopus Coloniensis Conradus et civitas Coloniensis quinque arbitros ad componendum inter se litem eligunt, inter quos fratrem Albertum lectorem ord. Praed. Coloniae. *Dit is geschiet ce Colne 1257 dis nesten gudensdages na Palmen.* [60

Impr. : *Securis*, p. 241. — Lacomblet, II, n. 435, anno non recte indicato. — Ennen, *Quellen*, II, n. 381, p. 377.

Rec. : Heister, p. 73. — *Mitth.*, n. 231. — Cf. *Mitth.*, n. 232, etc.

1258, Mart. 21. Archiepiscopus Coloniensis Conradus permittit mercatoribus extraneis ab urbe recedere, antequam quidquam vendiderint. Sustinet autem ad tempus, quod limitandum duxerit vir religiosus frater Albertus lector ord. fr. Praed. Colon., quod nullus huiusmodi foraneorum mercatorum alii foraneo mercatori infra Coloniam ... emptionem bonorum faciat. *Dat. a. d. 1257 quinta feria post ramos palmarum.* [61

Impr. : Lacomblet, II, n. 436, anno non recte indicato.

Rec. : Cardauns, *Reg.*, n. 453.

1258, Iun. 27. Alexander papa IV Alberto lectori fratrum Praed. Colon. mandat, ut Hermanno de Bachem canoniam et praebendam quandam ecclesiae Bonnensis conferat. [62

Potthast, n. 17323.

1258, Iun. 28. Arbitri communiter electi, inter quos fr. Albertus lector fratrum Praed. in Colonia, litem inter archiepiscopum et civitatem Coloniensem solemni arbitrio componunt. [Laudum Conradinum.] *Pronuntiatum in palatio Coloniensi a. d. 1258 in vig. bb. Petri et Pauli apostolorum.* [63

Impr. : *Securis*, p. 242. — Lacomblet, II, n. 452. — Ennen, *Quellen*, II, n. 384, p. 380.

Rec. : *Mitth.*, n. 234. — Hagen (Gottfr.), *Reimchronik*, v. 1172-1175, inter *Chroniken der deutschen Städte*, t. XII, p. 55.

1258. [Albertus literas mittit ad monasterium ord. B. Benedicti in Corvey.] [64

Annales Corbeienses ad a. 1258, ap. Leibnitz, *Script. rer. Brunsvic.*, II, p. 296.

1259, Mart. 22. Civitates Coloniensis ac Traiectum inferius concordiam ineunt de consilio Conradi archiep. Colon. et domni Goswini maioris decani nec non et magistri Alberti lectoris fratrum ord. Praed. *Dat. 1258 XI kal. Aprilis.* [65

Impr. : Ennen, *Quellen*, II, n. 391, p. 405.

Rec.: Heister, p. 75. — *Hansisches Urkundenbuch*, ed. C. Höhlbaum (Halle, 1876), t. I, n. 518, p. 181. — Cardauns, *Reg.*, n. 470. — *Mitth.*, n. 237.

1259, Mart. 23. Civitates Ultraiectensis ac Coloniensis quaedam addunt concordiae, die praecedenti initae. Inter testes numeratur fr. Albertus lector fratrum Praed. in Colonia. *Actum 1258 dominica, qua cantatur Laetare Ierusalem.* [66

Imprim.: *Codex diplom. Neerlandicus* (Utrecht, 1848), vol. I, p. 21. — Lacomblet. II, n. 463. — Ennen, *Quellen*, II, n. 392, p. 407.

Rec.: Cardauns, *Reg.*, n. 471. — *Hansisches Urkundenbuch*, t. I, n. 520. — *Mitth.*, n. 240.

1259, Mart. 24. Archiep. Coloniensis Conradus monetarios Colonienses et magistrum monetae, qui ei, praesente fratre Alberto lectore fratrum Praed. et aliis, in domo Werneri praepositi s. Gereonis sua privilegia resignaverant, ab officiis amovet. *Act. Colon.* IX *kal. April. a. d. 1258.* [67

Impr.: Lacomblet, II, n. 464. — Ennen, *Quellen*, II, n. 393, p. 407.
Rec.: Cardauns, *Reg.*, n. 472.

1259, Iun. Albertus in capitulo generali ord. Praed. Valencenis celebrato cum quatuor aliis magistris ex ord. Praed. rationem studiorum dicto ordini constituit. [68

Chartul. universit. Paris., ed. Denifle, t. I, n. 386.

1256-59. Albertus fratri Gerhardo de Frachet O. Pr. tres narrationes *Vitis fratrum* inserendas refert. [69

Vitae fratrum, lib. I, cap. 6, § 11 et lib. IV, cap. 13, § 9 et cap. 24, § 10 in Mon. Ord. Praed. hist., t. I, pp. 47, 187, 216.

1256-59. Albertus fratri Thomae Cantimpratano duas narrationes *libris apum* inserendas refert. [70

Cantimprat., lib. II, cap. 49, n. 1, et lib. II, cap. 51, n. 11, p. 366 et p. 393-94.

1260, Ian. 5. Anagniae, Alexander IV papa fratrem Albertum de ord. Praed. lectorem Coloniensem Ratisbonensi ecclesiae praeficit in episcopum. *Non. Ian. a° 6°.* [71

Potthast, n. 17737. — Cf. *Annales Herm. Altahensis* in *MG.*, Scr. t. XVII, p. 400. — *Annal. s. Rudberti Salisb.* in *MG.*, Scr. t. IX, p. 795, ad an. 1259. — Colonna, p. LXXIX. — Ptolomaeus de Lucca, *Hist. eccl.*, lib. 22, cap. 19, col. 1151. — *Annal. Halesbrunn.* in *MG.*, Scr. t. XXIV

p. 44 : " A. D. 1261 Albertus Magnus, philosophus, per legatum sedis apostolicae fit episcopus Ratisponensis; anno sequenti resignavit." — Tocco, num. 14.— BERN. GUIDONIS, *Chron. O. Praed.*, fol. 16 : " Hic episcopatum Ratisponensem coactus recepit." — DE FLAMMA, *Chron.* in MON. ORD. PRAED., t. II, p. 99. — HERFORD, p. 201. — *Breve Chron. ex Chron. Conradi de Monte Puellarum*, ap. ECCARD, *Corp. hist. medii aevi*, t. II, col. 2252. — KORNER, *Chron. nov.*, p. 180. — VALLADOLID, cap. 4, p. 98.— *Chron. mag.*, col. 360. — ANDREAS RATISB., *Chron. epp. Ratisb.*, ap. OEFELE, t. I, p. 36. — *Leg. Colon.*, cap. 11. — PRUSSIA, cap. 33, p. 252. — RUDOLPHUS, II, 1. — AVENTIN, *Annal.*, lib. VII, cap. 7, p. 320. — HOCHWART, *Cat. epp. Ratisb.*, ap. OEFELE, t. I, p. 207.—De Flamma refert Albertum episcopum factum esse per Clementem IV, c. a. 1266, Chron. mag., Prussia et Rudolphus per Urbanum IV, Leg. Colon. per Innocentium IV. Albertum tunc Romae magistrum sacri palatii apostolici extitisse falso opinantur de Flamma, Chron. mag., Leg. Colon., Prussia, Rudolphus, ll. cc.

1260, Ian. 5. Anagniae Alexander IV papa decano et capitulo Ratisbonensibus mandat, ut Alberto ord. Praed. lectori Coloniensi, tamquam pastori animarum obediant. [72

Impr. : *MG.*, Epp. saec. XIII, ed. RODENBERG, t. III, p. 465, n. 504.

Rec. : POTTHAST, n. 17738.

1260. Magister ord. Praed. Humbertus Alberto scribit, ne dignitatem episcopalem oblatam accipiat. [73

Impr. : PRUSSIA, cap. 33, p. 253. — RUDOLPHUS, II, 2, etc.

Rec. : KORNER, *Chron. nov.*, p. 180.

1260, Ian. 23. Henricus, praepositus ecclesiae ss. apostolorum Coloniae et fr. Albertus lector fratrum Praed. in Colonia arbitri constituti inter partes Garsilium decanum Aquensem et conventum ord. Cist. in Burtscheid huic tertiam partem decimae in Rutten adiudicant. *Dat. in Colonia fer. VI ante conversionem B. Pauli ap. 1259.* [74

Orig. Perg. Düsseldorf. Staatsarchiv Urk. d. Abtei Burtscheid, n. 89. Appendent sigilla praepositi et Alberti.

Impr. : QUIX (Christ.), *Geschichte der ehemaligen Reichsabtei Burtscheid* (Aachen, 1834), p. 266, n. 70.

1260, Mart. 1. Albertus, lector fratrum ord. Praed. arbitrium inter civitatem Coloniensem et monasterium Tuitiense pronuntiat. *Act. et pron. a. d. 1259 kal. Martii.* [75

Impr. : ENNEN, *Quellen*, t. II, n. 407, p. 424.

Rec. : *Mitth.*, n. 245.

1260, Mart. 29. Albertus civitatem Ratisbonensem post solis occasum ingreditur, et ad monasterium Praedicatorum declinat. Mane autem facto inter missarum solemnia ecclesiam cathedralem ingreditur. [76

Leg. Colon., cap. 12. — Prussia, cap. 35, p. 262 ss. — Rudolphus, II, 2.

1260, Mart. 30. Albertus Ratisbonae nec in aerario nummum, nec in cava guttam vini, nec in horreo granum frumenti invenit. [77

Hochwart, *Chron.* ap. Oefele, t. I, p. 207. Sequitur ibid. catalogus debitorum, quae tunc extabant et infra biennium ab Alberto soluta sunt.

1260, Mart. 30. Albertus ep. Rat. mandat clero suo, ut de novalibus, quas monasterium Niederaltaich in suis praediis vel alibi habet, nullas decimas exigat. *Dat. Ratisponae pontif. nostri die primo.* [78

Impr.: Ried, I, n. 486. — *Mb.*, t. XI, p. 230, n. 90.
Rec.: Aventin, *Ann.*, p. 667. — Heister, p. 74.

1260, April. 9. Albertus Rat. ep. ecclesiae Waldsassensi indulgentias confirmat. *Dat. Ratisponae V idus Aprilis.* [79

Rec.: Lang, III, p. 148.

1260, Mai 10. Frater Albertus miseratione divina Ratisbonensis ecclesiae electus et confirmatus transfert festum dedicationis ecclesiae in Prüfening a die 12 Maii in dominicam " Exaudi ". *Dat. a. d. 1260, VI idus Maii.* [80

Impr.: Ried, I, n. 479. — *Mb.*, t. XIII, p. 217, n. 43.

1260, Iul. 16. Albertus Rat. ep. capitulo cathedrali Ratisbonensi parochiam Cham incorporat. *Acta sunt haec a. d. 1260. Dat. Ratisponae XVII kal. Augusti, indictione III.* [81

Impr.: Ried, I, n. 481.
Rec.: Lang, III, p. 152.

1260, Iul. 30. Alb. Rat. ep. hospitali sanctae Catharinae in pede pontis Ratisbonae varias indulgentias largitur. *Dat. Ratisponae 1260, III kal. Aug.* [82

Impr.: Ried, I, n. 482.

1260, Iul. 31. Coram Alberto ep. Rat. ministerialis suus Conradus de Hohenfels fratribus domus Teutonicae



curiam, molendinum et hubam vendit. *Dat. in domo episcopi pridie kal. Augusti, pontificatus nostri a. I.* [83

Rec.: Lang, IV, suppl., p. 757.

1260, Sept. Ulricus Salzburgensis archiepiscopus, Conradus Frisingensis, frater Albertus Ratisbonensis, frater Henricus Chiemensis, Otto Lavantinensis electus, praepositus Salzburgensis societatem et unionem ineunt. *Act. et dat. in Landawe exeunte Septembre a. d. 1260.* [84

Impr.: Ried, I, n. 483. — *Mb.*, t. XXIXb, p. 165.

1260, Sept. Praedicti episcopi excommunicationem statuunt ferendam in eos, qui pignora seu hypothecas ecclesiarum detinent et decimas novalium absque licentia speciali recipiunt seu occupant. *Act. et dat. ut prius.* [85

Impr.: Ried, I, n. 484. — *Mb.*, t. XXIXb, p. 165.

1260. Coram Alberto ep. Rat. abbas Waldsassensis et domus ord. Teutonici in Egra commendator de sepultura Rudegeri dicti Angel, civis in Egra, et domini Heinrici de Chinsperch inter se conveniunt. [86

Rec.: Lang, III, p. 160.

1260. [Albertus comitiorum generalium sui ordinis apud Argentinam celebratorum diffinitorem agit.] [87

Iustiniani, p, 15. Certe Albertus, tunc in episcopali dignitate iam constitutus, non potuit diffinitorem capituli generalis agere; sed forte in capitulo provinciali praecedentis anni Magdeburgi fuit in diffinitorem electus. Citat Iustiniani Chronicon Ioh. Molitoris, quod deperditum dolemus.

1261, Febr. 22. Albertus ep. Rat. recognoscit diploma praepositi Henrici et decani ecclesiae cathedralis Henrici concernens sorores dictas " de poenitentia „ in Ratisbona. [88

Ried, III, Ms. n. 396, n. 1, ap. Janner, t. II, p. 375.

1261, Febr. 22. Albertus refert de visitatione monasterii in Metten per Hermannum abbatem de Niederaltaich. *Dat. Ratisb. 1261 VIII kal. Martii.* [89

Rec.: Aventinus, *Ann.*, lib. VII, cap. 7, p. 320.

1261. Albertus monasteriorum ord. s. Benedicti in dioecesi Ratisbonensi visitationem instituit. [90

RIED, III, Ms. ad a. 1261, ap. JANNER, t. II, p. 472.

1260-61. Rudiger de Bachen Alberto episcopo vineam in Bachen dono confert. [91

Rec. : RIED, I, n. 496.

1260-61. Albertus ep. Rat. ordinat, solemnitatem sancti Dominici in dioecesi Ratisb. celebrandam et canonicis ecclesiae cathedralis praesentias hac die distribuendas esse. [92

PRUSSIA, cap. 36, p. 265. — HOCHWART, ap. OEFELE, t. I, p. 208.

1260-61. Albertus Rat. ep. officium in honorem s. Iosephi scribit. [93

HOCHWART, ap. OEFELE, t. I, p. 208.

1260-61. Albertus a Bavarorum populo " episcopus cum bottis „ seu " ligatus calceus „ appellatur. [94

CONRADUS DE MONTE PUELLARUM, *Chron.*, ap. ECCARD, *Corp. hist. med. aevi*, t. II, col. 2252. — ANDREAS RATISB., *Chron.*, ap. OEFELE, t. I, p. 36. — *Leg. Colon.*, cap. 13. — PRUSSIA, cap. 36, p. 263. — RUDOLPHUS, II, 3.

1261. Albertus ep. Rat. saecularia negotia fidelibus viris committens in castrum Donaustauf recedit, ut studio piisque meditationibus insistat. [95

Leg. Colon., cap. 13. — PRUSSIA, cap. 36, p. 264. — RUDOLPHUS, II, 4.

1261. Albertus in castro Donaustauf constitutus commentarium in evangelium s. Lucae scribit, cuius autographum olim in conventu Praedicatorum Ratisbonae asservabatur. [96

Leg. Colon., cap. 13. — PRUSSIA, cap. 36, p. 264. — RUDOLPHUS, II, 4. — AVENTINUS, *Ann.*, p. 320. — HOCHWART, ap. OEFELE, t. I, p. 20. — Castri sui super Danuvium siti ipse Albertus mentionem facit, *Hist. anim.*, lib. VII, tract. I, cap. VI : *Opp.*, t. XI, p. 383.

1261. Conradus Frisingensis, Otto Pataviensis, Albertus Ratisbonensis, Henricus Chiemensis, Otto Lavantinus episcopi sacro cardinalium collegio miserandum matris suae Iuvavensis ecclesiae statum denuntiant. [97

Mb., t. XXIX b, p. 187, n. 194.

1261. Poppo, abbas Superioris-Altaich, per domnum Albertum ep. Rat. Romanae ecclesiae unum fertonem auri transmittit. [Subnotatur :] " Sed a curia reversus,

domno Alexandro mortuo, restituit nobis idem aurum. „ [98

Mb., t. XII, p. 101, n. IV.

1261. Albertus Romam proficiscitur, ut ibi episcopatum resignet. [99

Annales S. Rudberti Salisb., in *MG.*, Scr. t. IX, p. 796, ad an. 1261.

1261. Albertus ecclesiae Praedicatorum Vindobonae et sacello S. Martini ibidem indulgentias quasdam largitur. [100

Specimina regg. conventus Viennensis ord. Praed. (Vindobonae 1898), p. 3.

1261, Dec. 23. Albertus in diplomate Hermanni Altahensis absens designatur; pro tempore absentiae eius vices gerunt Henricus praepositus, Leo decanus et Ulricus vicedomnus maioris ecclesiae. [101

Oestr. Notizbl. 5, p. 234, ap. Janner, t, II, p. 474.

1262, Febr. 25. In diplomate capituli cathedralis Ratisbonensis Albertus dicitur " episcopus noster, nobis a domno papa praefectus. „ *Dat. Rat. 1262 v kal. Martii.* [102

Ried, I, n. 488.

1262. Albertus Romae ab Urbano IV licentiam impetrat episcopatui cedere. [103

Annales Herm. Altah., in *MG.*, Scr. t. XVII, p. 402. — *Annales S. Rudberti Salisb.*, in *MG.*, t. XVII, p. 796. — Colonna, *De viris ill.*, p. LXXIX. — Ptolomaeus, *Hist. eccles.*, lib. 22, cap. 19, col. 1151. — *Annales Halesbrun.*, in *MG.*, Scr. t. XXIV, p. 44. — Tocco, num. 14. — Bern. Guidonis, *Chron. O. Pr.*, fol. 16. — Herford, p. 201. — Conradus de Monte Puellarum, ap. Eccard, *Corp. hist. medii aevi*, t. II, col. 2252. — Korner, *Chron.*, p. 180. — Valladolid, cap. 5, p. 98. — *Chron. mag.*, col. 360. — Andreas Ratisb., *Chron. epp. Rat.*, ap. Oefele, t. I, p. 36. — *Leg. Colon.*, cap. 14. — Prussia, cap. 37, p. 266-71. — Rudolphus, II. 4. — Aventin, *Annal.*, p. 320.

1262, Mai 11. Urbanus IV electionem Leonis, decani maioris ecclesiae, in episcopum Ratisbonensem confirmat. [104

Rec.: Potthast, n. 18309. — Impr.: Ried, I, n. 489.

1262. Albertus renuntians episcopatui, redditus certos sibi retinet cum ecclesiae suae consensu. [105

Herford, p. 201. — *Chron. mag.*, col. 360. — Cf. Reg. 210.

1263, Febr. 7. Urbanus IV ad Albertum literas dirigit, quibus presbyteris et clericis, qui, cruce assumpta, in Terrae Sanctae succursum transfretarint, conceditur facultas, proventus ecclesiasticos, sine residentia, per triennium percipiendi. *Dat. ap. Urbem Veterem VII id. Febr. an. secundo.* [106

Impr.: Guiraud, Reg. Cam. n. 313. — Dubitandum videtur, num hoc et quae immediate sequuntur octo decreta, potius post diem 13 febr. 1263 sint ab Apostolica Camera emanata, cum decretum die 13 Febr. latum supponant.

1263, Febr. 9. Urbanus IV fratri Alberto, ep. q. Rat., concedit facultatem providendi quinque clericis, cum eo in crucis negotio laborantibus, de totidem beneficiis praebendalibus vel aliis. *Dat. ut supra V id. Febr.* [107

Reg.: l. c., n. 314.

1263, Febr. 9. Urbanus IV eidem concedit facultatem, quosdam alios sibi assumere, ut in his, quae spectant ad crucis negotium, sibi oboediant. *Dat. ut supra.* [108

Reg.: l. c., n. 315.

1263, Febr. 9. Urbanus IV ad eundem literas dirigit, quibus prohibet, ne crucesignati vel signandi extra dioecesin propriam in judicium trahi possint. *Dat. ut supra.* [109

Reg.: l. c.. n. 322.

1263, Febr. 9. Urbanus IV archiepiscopis, episcopis ceterisque praelatis per Alemanniam et Boemiam mandat, quatenus Alberto verbum crucis praedicanti assistere studeant. *Dat. ut supra.* [110

Reg.: l. c., n. 328.

1263, Febr. 9. Urbanus IV Alberto mandat, quatenus, ad promovendum Terrae Sanctae negotium, discordes ad concordiam inducat. *Dat. ut supra.* [111

Impr.: l. c., n. 329.

1263, Febr. 10. Urbanus IV Alberto scribit de absolutione impendenda Frederici olim Romanorum imperatoris fautoribus. *Dat. ut supra IV id. Febr.* [112

Impr.: l. c., n. 323.

1263, Febr. 11. Urbanus IV Alberto scribit de protectione et defensione crucesignatorum a quibuscumque molestatoribus procuranda. *Dat. ut supra III idus Febr.* [113

Impr.: l. c., n. 320.

1263, Febr. 11. Urbanus IV eidem mandat, ut omnes, qui signum crucis assumpserant, moneat, ut idem signum resumant et ad transfretandum se praeparent. *Dat. ut supra.* [114

Reg.: l. c., n. 324.

1263, Febr. 13. Urbanus IV eidem committit legationis officium in Alemannia, Boemia ceterisque locis in quantum lingua Teutonica se extendit, ad praedicandam crucem pro Terrae Sanctae subsidio. *Dat. ut supra idus Febr.* [115

Impr.: l. c., n. 311. — Eubel, *Geschichte der oberdeutschen Minoritenprovinz*, II (Würzburg, 1886), p. 251, 2 n. 217. — Reg.: Potthast, n. 18491.

1263, Febr. 13. Urbanus IV eidem scribit de absolutione voti crucis impendenda. *Dat. ut supra.* [116

Impr.: l. c., n. 319.

1263, Febr. 13. Urbanus IV eidem scribit de suspensione interdicti, praesente apostolicae sedis legato. *Dat. ut supra.* [117

Impr.: l. c., n. 321.

1263, Febr. 13. Urbanus IV eidem scribit de collectione centesimae ecclesiasticarum proventuum Terrae Sanctae subsidio deputatae. *Dat. ut supra.* [118

Impr.: l. c., n. 331.

1263, Febr. 20. Urbanus IV eidem scribit de remissione usurarum crucesignatis facienda. *Dat. ut supra X kal. Martii.* [119

Impr.: l. c., n. 316.

1263, Febr. 20. Urbanus IV Alberto litteras dirigit, quibus prohibet, ne a quaestuariis ceterisque praedicare volentibus obstacula ingerantur praedicatoribus crucis. *Dat. ut supra.* [120

Reg.: l. c., n. 325.

1263, Mart. 7. Urbanus IV eidem concedit facultatem, ut quinque clericis, qui cum ipso in negotio Terrae Sanctae laborabunt, proventus ecclesiasticos cum integritate ministrari faciat, non obstante quod in beneficiis non resideant. *Dat. ut supra nonis Martii.* [121

Reg.: l. c., n. 318.

1263, Mart. 8. Urbanus IV universis praelatis nuntiat, se Alberto legationis officium in Alemannia, Boemia ceterisque locis, ad quae lingua Teutonica se extendit, commisisse. *Dat. ut supra VIII idus Martii.* [122

Impr.: l. c., n. 310.

1263, Mart. 9. Urbanus IV Alberto etc. scribit de collectione omnium pecuniarum Terrae Sanctae subsidio deputandarum. *Dat. ut supra VII idus Martii.* [123

Impr.: l. c., n. 330.

1263, Mart. 10. Urbanus IV eidem facultatem concedit largiendi indulgentiam succurrentibus Terrae Sanctae in generali concilio concessam. *Dat. ut supra VI idus Martii.* [124

Impr.: l. c., n. 332.

1263, Mart. 11. Urbanus IV eidem mandat quatenus electionem plebani de Berge in episcopum Brandeburgensem examinet, et, si legitima extiterit, confirmet. *Dat. ut supra V kal. Martii.* [125

Impr.: l. c., n. 333. Guiraud documentum hoc ad d. 11 mart. refert, licet in textu d. V kal. mart. sit expressa.

1263, Mart. 21. Urbanus IV eidem fratrem Bertholdum ord. Min. ad praedicandum verbum crucis adiungit. *Dat. ut supra XII kal. Aprilis.* [126

Impr.: l. c., n. 326. — Potthast, n. 18502.

1263, Mart. 22. Urbanus IV eidem facultatem concedit nonnullos a certis delictis absolvendi. *Dat. ut supra XI kal. Aprilis.* [127

Impr.: l. c., n. 317.

1263, — . Urbanus IV eidem literas dirigit, quibus decernit, nullum obstaculum ex parte executorum apostolicae

sedis Alberto in legationis officio apponendum esse. *Sine dat.* [128

Imp.: l. c., n. 312.

1263, — . " Albertus, ep. q. Rat., auctoritate apostolica per Alemanniam ac Boemiam, in quantum lingua Teutonica se extendit, praedicator crucis „ quibusdam, [quorum nomina non referuntur] praedicationem crucis secundum certam formam committit. *Dat. a. d. millesimo ducentesimo...* [129

Impr.: Eubel, *Geschichte der oberdeutschen Minoritenprovinz*, II, p. 251, n. 217.

Orig. Perg. sigillo Alberti munitum asservatur in conventu fratrum Minorum Herbipolensium, ubi forte ab Alberto fuerat relictum.

1263, Mai 5. Frater Albertus, ep. q. Rat., apostolicae sedis auctoritate crucis praedicator per Alemanniam et Boemiam pro subsidio terrae sanctae, monasterio " Polling „ indulgentias concedit. *Dat. ap. Bollingen a. d. 1263, III nonas Maii.* [130

Impr.: *Mb.*, t. X, n. 19, p. 54. — Rec.: Aventin, *Annal.*, p. 667. — Heister, p. 14. — Lang, III, p. 204.

1263, Mai 10. Frater Albertus, quond. ep. Rat., auctoritate apostolica praedicator crucis in Alemannia et Boemia, omnibus fidelibus diebus festis Domini nostri et beatae Virginis nec non S. Catharinae m. et S. Mariae Magdalenae ecclesiam monasterii s. Catharinae Augustae ord. Praed. visitantibus et sororibus pias eleemosynas largientibus, indulgentias 40 dierum largitur. *Dat. Augustae a. d. 1263 in die ascensionis Domini.* [131

Copia extat in tabulario regio Monacensi inter literalia monasterii S. Catharinae, n. 1, fol. 4.

1263, Mai 13. Albertus ep. q. Rat. etc. litem componit inter episcopum Hartmannum Augustensem cum suo capitulo et comitem Ludovicum de Oettingen. *Actum a. d. 1263, indict. III, III idus Maii, in castro Werdensi in claustro S. Crucis.* [132

Impr.: *Mb.*, t. XXXIII, n. 93, p. 101. — *Wirtembergisches Urkundenbuch* (Stuttgart, 1894), t. VI, n. 1715, p. 117.

Rec.: Lang, IV, suppl., p. 759, non recte indicans nec rem gestam, nec diem, qua prolatum est arbitrium.

1263, Mai 27. Albertus ep. q. Rat. etc. indulgentias concedit conventui monialium Caeliportae Cisterciensis ordinis, Herbipolensis dioeceseos, ob oratorii sui sumptuosam constructionem. *Dat. Herbipoli, VI kal. Iunii.* [133

Rec.: Lang, III, p. 205.

1263, Iun. 5. Albertus ep. q. Rat. etc. ecclesiae ordinis Teutonici Frankfordiae indulgentias largitur. *Dat. ap. Frankenvort a. d. 1263 nonas Iunii.* [134

Impr.: Boehmer, *Cod. dipl. Moeno-Francofurtanus*, t. I, p. 129.

1263, Iun. 22. Albertus ep. q. Rat. sacello ord. S. Iohannis Coloniae indulgentias largitur. [135

Rec.: Gelenius, *De admiranda magnitudine Coloniae* (Colon., 1645), p. 443. — Pick, *Monatschr.*, t. III, p. 596.

1263, Aug. 5. „ Frater Albertus, Dei gratia quondam episcopus Ratisponensis, predicator et promotor crucis in Alemanie et Boemie regnis, nec non provisor spiritualium in civitate et dioecesi Coloniensi a sede apostolica constitutus „, tria privilegia Innocentii IV (20 Sept. 1252), Alexandri IV (20 Apr. 1256), Urbani IV (26 Febr. 1263) reformationem ordinis eremitarum S. Augustini concernentia se vidisse testatur. *Dat. Colonie MCC sexagesimo tertio, nonas Augusti.* [136

Or. Perg. Bibl. Univ. Bonn. n. 14 der nach Paris entführt gewesenen Urkunden. Sigillum Alberti cereum, rubrum ex filo cannabino dependet cum hac inscriptione. S. FR̄IS. ALB'TI EP̄I ƆDĀ RATISPON. ORD. P̄DIC. — Has litteras vid. infra in appendice, I.

1263, Aug. 25. Alb. ep. q. Rat. etc. testis subscribit arbitrio, quo litigium componitur inter archiepiscopum Engelbertum II et civitatem Coloniensem. *Ce Kolne 1263 des neisten dais na sente Bartholomeus des Ap. hogezide.* [137

Impr.: Lacomblet, II, p. 534. — Ennen, *Quellen*, t. II, n. 460.

Rec.: *Mitth.*, n. 277. — Cfr. *Hagens Reimchronik*, v. 3061 sqq., in Chroniken der Deutschen Städte, XII, p. 110 ss.

1263, —. Albertus consecrat ecclesiam parrochialem in Adelhausen. [138

Rec.: *Freiburger Diöcesan-Archiv.*, Bd. XIII, p. 298; Bd. XV, p. 308; Bd. XVI, p. 6.

1264, Febr. 20. Albertus ep. q. Rat. visitantibus ecclesiam et iuvantibus conventum fratrum Praedicatorum Basileae indulgentias concedit. *Dat. apud Spiram x kal. Martii a. d. 1264.* [139

Impr.: *Urkundenb. d. Stadt Basel*, t. I, n. 425, p. 312. Sigillum Alberti ibidem habes exhibitum, Tafel V, n. 58.

1264, Febr. 20. Albertus ep. q. Rat. indulgentias concedit in favorem monasterii in Klingental. *Dat. ap. Spiram x kal. Martii a. d. 1264.* [140

Impr.: *Urkundenb. d. Stadt Basel*, t. I, n. 426, p. 313.

1264, Mart. 18. Albertus ep. q. Rat. testatur, Zachariam de Hage militem in sua praesentia Leoni ep. Ratisbonensi promisisse, se filios et filias suas non sine licentia dicti episcopi nuptui traditurum. *Dat. a. d. 1264, xv kal. Aprilis.* [141

Impr.: Ried, I, n. 500.

Rec.: Lang, III, p. 222, die non recte indicato.

1264, Aug. 25. Frater Albertus, q. ep. Rat., per Teutoniam et Boemiam praedicator crucis a domino papa destinatus, omnibus Christi fidelibus, qui ad structuram conventus dominarum in Aldenburg ord. S. Augustini de suis facultatibus manum porrexerint adiutricem, indulgentias largitur. *Dat. Moguntiae a. d. 1264 VIII kal. Septembris.* [142

Impr.: Gudenus, *Codex diplomaticus*, t. III (1751), n. 77, p. 1129. — *Albertus Magnus in Geschichte u. Sage* (Köln, 1880), p. 114.

1264, Dec. 4. Fr. Albertus, ep. q. Rat., et Boppo, ecclesiae Herbipolensis maioris praepositus, discordiam inter capitulum s. Iohannis in Houge et nobilem virum Gottfridum de Hohenloch, ob iura praepositurae in Hopferstat et Rudershausen ex arbitrio suo componunt. *Acta in claustro fratrum Praedicatorum in die Barbarae virginis.* [143

Rec.: Lang, III, p. 235.

1265, April. 10. Iringus Herbipolensis ep. et fr. Albertus, ep. q. Rat., litem inter capitulum s. Iohannis in Houge et virum nobilem Craftonem de Hohenloch arbitrio componunt. *Acta a. d. 1265 III id. Aprilis.* [144

Rec. : Lang, III, p. 245.

1265, Iul. 1. Albertus ep. q. Rat. et frater Ulricus de Velleberc, commendator fratrum domus hospitalis S. Iohannis B., Herbipolensis civitatis, tamquam iudices compromissarii, possessoribus curiae Wegenheim, Herbipoli stabulum aedificantibus imponunt, ne lumina domus cuiusdam censualis offuscentur. *Actum ap. Herbipolim in octava S. Iohannis B.* [145

Rec. : Lang, III, p. 247.

1265, Aug. 26. Albertus, ep. q. Rat. cum aliis arbitris litem inter civitatem Herbipolensem et episcopum Iringum componit. *Actum VII kal. Sept. a. d. 1265.* [146

Impr. : *Mb.*, t. XXXVII, n. 370, p. 427.

Rec. : Lang, III, p. 251.

Nec *Mb.* diem, nec Lang rem gestam recte indicant.

1265, Dec. 23. Albertus ep. q. Rat. sigillum apponit literis oppignorationis quorundam bonorum in Bernheim Lupoldi de Nortenberch, factae in gratiam sororum ord. S. Augustini in Rotenburg. *Actum X kal. Ian.* [147

Rec : Lang, III, p. 255.

1267, Mai 6. Albertus ep. q. Rat. fidelibus ecclesiam fratrum Praedicatorum Ratisbonae in festis bb. Dominici c., Petri m., Blasii patroni eorundem fratrum, visitantibus, indulgentias 40 dierum in quolibet festo praemisso largitur. *Dat. a. d. 1267 in die Iohannis ante portam latinam.* [148

Impr. : Ried, I, n. 520, p. 493.

1267, Iul. 14. Albertus ep. q. Rat. capellam et altare in infirmaria sororum ord. Cisterciensium in Burtscheid consecrat proxima die post festum Margaretae v. *Dat a. d. 1267.* [149

Or. Perg. Düsseldorf. Staatsarchiv. Urk. d. Abtei Burtscheid., n. 97.

Impr. : Quix, *Das ehemalige Dominikanerkloster zu Aachen* (Aachen, 1833), p. 61, n. 3.

1267, Aug. 4. Albertus ep. q. Rat. Coloniae altare consecrat in ecclesia b. Mariae v. dicta " ad indulgentias ". *Act. fer V post vincula b. Petri.* [150

Impr.: Pick, *Monatschr.*, t. II, p. 618.

1267, Sept. 29. Albertus ep. q. Rat. sigillo suo communit donationem iuris patronatus in ecclesias in Niedercassel et Eitorf factam per Theodoricum de Heinsberg in gratiam domus hospitalis ordinis Teutonici Coloniae. *Act. et dat. Coloniae in domo fratrum dicti hospitalis a. d. 1267 in die b. Michaelis.* [151

Impr.: Lacomblet, t. II, n. 571, p. 332.

1267. Fr. Albertus, ep. q. Rat., ceterique arbitri, litem componunt inter fratres hospitalis S. Iohannis Herbipoli et Marquardum dictum Crusonem, militem, debitorem hospitalis. [152

Rec.: Lang, III, p. 295.

1268, Apr. 29. Albertus consecrat ecclesiam fratrum Praedicatorum in Esslingen. [153

Rec.: Rudolphus, II, 6, qui annum non indicat; bene tamen Heideloff, *Die Kunst des Mittelalters in Schwaben*, Lief. IV, p. 57, ap. Sighart, *Albertus M.*, p. 203.

1268, Iuni 15. Albertus Dei gratia q. Rat. ep. altare in ecclesia fratrum de poenitentia Argentinae ad honorem B. Virginis consecrat eique indulgentias largitur. *A. d. 1268 in festo beatorum martirum Viti et Modesti.* [154

Impr.: *Urkundenbuch der Stadt Strassburg*, t. II (Strassburg, 1886), p. 11, n. 18.

1268, Iun. 18. Clemens IV Alberto mandat, dispenset cum Conrado de Hohenlohe et Bertilde eius desponsata uxore ad matrimonium contrahendum, non obstante quarto affinitatis gradu. [155

Potthast, n. 20397. — Jordan, *Registres de Clément IV* (Paris, 1894), n. 641, p. 226.

1268, Iul. 7. Albertus ecclesiae monasterii S. Catharinae Argentinae indulgentias largitur. [156

Rec.: *Urkb. d. Stadt Strassburg*, t. II, p. 11, in nota.

1268, Oct. 30. Albertus ecclesiae fratrum Minorum in Villingen prope Friburgum indulgentias concedit. [157

Rec.: EUBEL, *Geschichte der oberdeutschen Minoritenprovinz*, p. 212, n. 84.

1268, —. Albertus consecrat Argentinae in aede S. Petri iunioris aream quandam in honorem s. Columbae. [158

HOCHWART, *Catal. epp. Rat.*, ap. OEFELE, t. I, p. 208, ex testimonio Wimphelingi.

1268. Albertus consecrat ecclesiam domus leprosorum in Adelhausen. [159

Rec.: *Freiburger Diöcesan-Archiv*, t. XIII, p. 298; t. XV, p. 308; t. XVI, p. 6.

— Albertus Friburgi caput martyris ex societate S. Mauritii ad conventum " zu dem Graben „ ord. S. Dominici transfert. [160

Rec.: *Freib. Diöc.-Arch.*, t. XXVIII (1900), p. 438, 9.

c. 1268. Magister Ordinis Alberto gratias agit de beneficiis et gratis favoribus conventui fratrum ord. Praed. Argentinensi exhibitis. [161

Impr.: FINKE, *Dominikanerbriefe d. 13ten Jahrh.*, p. 51, n. 2.

c. 1268. Clemens papa IV, committit Alberto inquisitionem in delicta ducis Barnim de Stettin et abbatis de Colbaz. [162

Rec.: RIEDEL, *Cod. dipl. Brandeb.*, t. I, VI, n. 16.

1265-1268. Clemens papa IV Alberto ep. Ratisb. et episcopo Spirensi committit, ut discordiam componant inter episcopum et cives Argentinenses. [163

Rec.: SCHOEPFLIN, *Alsatia diplomatica*, t. II (Mannheim, 1715), p. 13, n. 706.

1269, April. 7. Albertus Argentinae multis clericis sacros ordines confert. [164

Leg. Colon., cap. 15. — PRUSSIA, cap. 38, p. 273. — RUDOLPHUS, II, 6. Solus Rudolphus annum et diem indicat.

1269, Aug. 12. Albertus, ep. q. Rat., delegatus apostolicus pro hac causa, sententiam excommunicationis fert in ducem Barnim de Stettin, abbatem de Colbaz et quosdam eorundem vasallos, qui ordini Teutonico urbem Stargard detinebant. *Dat. II idus Augusti.* [165

Impr.: RIEDEL, *Cod. dipl. Brandeb.*, t. I, VI, n. 16.

1269, Sept. 9. Albertus ecclesiam fratrum Praedicatorum in Basilea cum maiori suo altari in honorem S. Dominici conf. consecrat etc. *proxima feria II post nativitatem intemeratae virginis.* [166

Rec.: *Urkundenb. der Stadt Basel,* t. II, n. 26, p. 15. — Burckhardt und Riggenbach, *Die Dominikanerkirche zu Basel* (Basel, 1855), p. 4. — Prussia, cap. 38, p. 273. — Rudolphus, II, 6.

1269, Sept. 13. Albertus visitantibus certis diebus festis ecclesiam fratrum Praedicatorum Basileae indulgentias concedit. *Dat. a. 1269 idus Septembris.* [167

Impr.: *Urkundenb. d. Stadt Basel,* t. II, n. 26, p. 15.

1269. Albertus visitantibus ecclesiam ordinis S. Iohannis in Mülhausen indulgentias concedit. *Dat. in Basilea a. d. 1269.* [168

Urkundenb. d. Stadt Basel, t. II, n. 32, p. 20.

1269. Albertus consecrat chorum ecclesiae monialium ord. S. Dominici in Unterlinden. [169

Rec.: Ingold, *Le Monastère des Unterlinden* (Strasbourg, 1896), p. 3, ex ms. coaevo.

c. 1269. Albertus conventui ord. Praed. in Wimpfen scribit, se ecclesiam conventus in Wimpfen auctoritate apostolica esse consecraturum, si episcopus Wormatiensis foret impeditus. [170

Impr.: Pick, *Monatschr.,* III, p. 321. — Annus quo consecrata est haec ecclesia eruitur ex Schannat, *Episc. Wormat.,* t. I, p. 187.

c. 1269. Magister ordinis Praedicatorum Albertum rogat, ut Coloniae lector resideat. [171

Impr.: Finke, *Dominikanerbriefe,* p. 51, n. 1.

1270, April. 16. Albertus in terras ducis Barnim de Stettin et abbatis de Colbaz interdicti sententiam fert. *Actum Coloniae fer. IV proxima post diem Paschae a. 1270.* [172

Impr.: Riedel, *Cod. dipl. Brandeb.,* t. I, VI, n. 17.

1270, Oct. 12. Albertus Coloniae in ecclesia collegiata S. Caeciliae corpus S. Evergisli archiepiscopi solemniter levat. *Act. dominica prima post festum Gereonis.* [173

Rec.: Kleinermanns (Jos.), *Die Heiligen auf d. bischöfl. Stuhle zu Köln,* I (Köln, s. a.), p. 39.

1270. Fr. Aegidius [de Lessinia ?] Alberto undecim quaestiones circa errores averroisticos magistrorum Parisiensium proponit. [174

PRUSSIA, cap. 32, p. 239. — DENIFLE, *Chart. Univ. Paris.*, t. I, n. 432, p. 487. — MANDONNET, *Siger de Brabant* (Fribourg, 1899), Append. p. 13.

1271, April. Albertus Engelbertum archiep. Coloniensem movet, litem cum civitate Coloniensi terminare. [175

Hagens Reimchronik, v. 6129-6134, in CHRON. D. DEUTSCHEN STÄDTE, t. XII, p. 195 ss.

1271, April. 16. Engelbertus archiep. Colon. Albertum cum tribus aliis viris arbitrum constituit in litibus, quae in futuro possent emergere inter civitatem Coloniensem et archiepiscopum. *Dat. 1271 feria quinta post octavam Paschae.* [176

Impr.: LACOMBLET, t. II, p. 357, n. 607.

Rec.: HEISTER, p. 75. — ENNEN, *Quellen*, t. III, n. 40. — *Mitth.*, n. 346.

1271, Aug. 31. Albertus sigillo suo munit literas Gernandi burchgravii Werdensis, quibus bona quaedam archiepiscopo Coloniensi assignat. *Dat. 1271 II kal. Sept.* [177

Impr.: LACOMBLET, t. II, n. 617, p. 364.

1272, Iun. 23. Albertus, ep. q. Rat., Edmundus prior et conventus fratrum Praed. Coloniae, papae pactum inter civitatem et archiepiscopum Coloniensem constitutum confirmandum transmittunt. *Dat. in vigilia S. Iohan. Bapt. a. d. 1272.* [178

Impr.: ENNEN, *Quellen*, t. III, n. 62, p. 47, die non recte indicato.

Rec.: *Mitth.*, n. 375.

1272, Aug. 12. Albertus sigillo suo munit pactum quoddam inter monasterium Kampense et scabinum Coloniensem Gerhardum Gir uxoremque eius. *Actum fer. VI ante assumptionem b. Marie virg. a. d. 1272.* [179

Or. Perg. Düsseldorf Staatsarchiv, Urk. d. Cisterzienser Abtei Kamp, n. 180. Appendet sigillum Alberti ex cera furva.

1272, Dec. Albertus ep. q. Rat., Hermanus decanus Bonnensis, Gertrudis abbatissa in Gerresheim testantur tamquam fideiussores abbatissae Gevae ad S. Caeciliam Coloniae, sororibus dicti capituli et monachis

praesentias esse a dicta abbatissa constitutas pro missa maiori diebus natalis Domini, Paschae et Pentecostes. *Acta sunt hec mense Decembri a. d. 1272.* [180

Or. Perg. Düsseldorf l. c. Urk. d. Cäcilien-Stiftes zu Köln n. 14.

1272, Dec. Dicti fideiussores donationis litteram abbatissae Gevae authenticam testantur. *Act. et dat. a. 1272 mense Decembri.* [181

Or. Perg. Düsseldorf l. c. n. 12. Sigilla fideiussorum appendent.

1272. Ulricus [Engelberti] prior provincialis amico [Alberto] electionem suam in provincialem nuntiat et, ut ipsum adiuvet, hortatur. [182

Finke, *Dominikanerbriefe*, n. 47, p. 80.

1273, Sept. 7. Albertus, praesente Reinaldo, comite Gelriae (Rud.) ecclesiam novam parrochialem Neomagis consecrat, et quotannis processionem ibidem fieri instituit. [183

Chron. Wilh. de Berchen (Hagae, 1870), p. 68. — Rudolphus, II, 6. — Quetif, *Scr. O. Pr.*, t. I, p. 168, ex Mss. Gilberti de la Haye.

1273, Oct. Albertus sigillo suo munit concordiam inter conventum sororum s. Magdalenae Coloniae et capitulum generale eiusdem ordinis. *Dat. et actum 1273 mense Octobri.* [184

Or. Perg. Düsseldorf Staatsarchiv, Urk. d. Magdalenenklosters zu Köln n. 29. Sigillum Alberti ex cera viridi appendet.

1274, Mart. 7. Albertus, Coloniae constitutus, caelesti visione videt mortem s. Thomae de Aquino, eumque luget. [185

Act. SS., Mart. t. I, p. 708 (ed. Paris. 706), n. 67; 714 (ed. Paris. 712), n. 82. — Valladolid, cap. 7, p. 98. — Herm. de Lerbeke, *Chron. epp. Mind.*, cap. 34, apud Leibnitz, *Script. rerum Brunsvic.*, t. II, p. 188. — *Leg. Colon.*, cap. 18. — Prussia, cap. 40, p. 277. — Rudolphus, II, 7.

1274. Albertus in concilio Lugdunensi verbum facit pro Rudolpho rege Romanorum, sumens pro themate illud: *Ecce mittam eis salvatorem et propugnatorem, qui liberet eos.* [186

Ioh. Victoriensis, *Chron.* II, 2, ad a. 1274, ap. Boehmer, *Fontes*, t. I, p. 306. — Prussia, cap. 41, p. 280. — Rudolphus, II, 8. — Taegius (Ambr.), *Chron. Ord. Praed.*, Ms. asservatum in arch. ord. Praed. Romae, fol. 130. — Victoriensis Albertum interfuisse concilio Lugd. asserit, sed thema orationis non indicat.

1274, Iun. Rudolphus Romanorum rex episcopo cuidam

[Alberto] gratias agit, qui in concilio Lugdunensi causam eius promoverit. [187

Impr.: GERBERT, *Codex epistolaris Rudolphi regis* (Typis Sanblasianis, 1712), p. 27.

Rec.: BÖHMER-FICKER, *Reg. Imp.*, VI, n. 181, p. 57.

1274, Aug. Albertus sigillo munit diploma quoddam monasterium in Dalheim concernens. *Acta sunt hec 1274 mense Augusto.* [188

Or. Perg. Düsseldorf Staatsarchiv, Urk. d. Klosters Dalheim n. 31. Sigillum Alberti appendet.

1274. Albertus altare maius in Vochem dioec. Colon. in honorem SS. Catharinae, Margaretae ac Nicolai consecrat. [189

Impr.: MERING u. REICHERT, *Zur Gesch. d. Stadt Köln* (Köln, 1838), t. II, p. 107. — BIANCO, *Die alte Universität Köln*, etc. (Köln, 1856), t. I, p. 31. — SIGHART, *Albertus Magnus*, p. 207.

1274. Albertus altare in Brauweiler in honorem S. Martini consecrat. [190

Impr.: PICK, *Monatschrift*, III, p. 322.

1275, Ian. 30. Albertus ecclesiam abbatiae in Werden consecrat. [191

Rec.: OVERHAMM, *Annales Werthinenses*, Landesbibliothek zu Düsseldorf, Cod. G.7, p. 307. — SCHUNKEN, *Gesch. d. Reichsabtei Werden* (Köln, 1865), p. 107.

14. (Fol. 52v-72). Vita S. Augustini episcopi et confessoris = *BHL*. 785.

Sequitur (fol. 72-73) sine lemmate libellus *BHL*. 786.

15. (Fol. 73v-75v). Passio S. Luciae virginis = *BHL*. 4992.

16. (Fol. 76-81). Vita S. Aegidii abbatis = *BHL*. 93.

17. (Fol. 82-96). Vita S. Autberti episcopi = *BHL*. 861.

18. (Fol. 96-99v). Vita S. Gaugerici episcopi = *BHL*. 3287.

19. (Fol. 100-111). Passio S. Caeciliae virginis et martyris = *BHL*. 1495.

20. (Fol. 111-115). Passio S. Clementis papae et martyris = *BHL*. 1848.

Incipit: *A beato Petro tertius* ...

Cod. 867. **21**. (Fol. 115-115^{v}). [Miracula S. Clementis papae] = cod. 855[4].

22. (Fol. 116-121^{v}). Passio S. Vincentii levitae = *BHL.* 8628-8630.

23. (Fol. 121^{v}-123). Sermo in sollemnitate eiusdem martyris Vincentii sanctissimi.

P. L., t. XXXVIII, col. 1255-57.

24. (Fol. 123-128). Passio S. Agnetis virginis et martyris = *BHL.* 156.

25. (Fol. 128-131^{v}). Passio S. Agathae virginis et martyris = *BHL.* 133.

Incipit: *Quintianus proconsul audiens ...*

26. (Fol. 132-138^{v}). Passio S. Adriani martyris cum sociis suis XXIII = *BHL.* 3744. Sept. 8.

27. (Fol. 139-154^{v}). Vita S. Martialis = *BHL.* 5552. Iun. 30.

28. (Fol. 155-158^{v}). Passio S. Blasii martyris et episcopi = *BHL.* 1370. Febr. 3.

Incipit ut in cod. 840[24].

29. (Fol. 158^{v}-162). Passio S. Barbarae virginis = cod. 838[51].

CODEX 870.

Membraneus, foliorum 154 [sign. 1-49, 49 *bis*, 50-62, 62 *bis*, 63-131, 131 *bis*, 132-151] (0^{m},350 × 0,245). Exaratus, paginis bipartitis, saec. XII/XIII.

Erat olim abbatiae Marchianensis (fol. 151).

1. (Fol. 1-3^{v}). Vita S. Pauli primi heremitae = *BHL.* 6596.

Folio exciso, incipit ab ultimis verbis prologi: *magis quia res omissa erat quam fretus ingenio ...*

2. (Fol. 3^{v}-21^{v}). Vita S. Antonii = *BHL.* 609.

3. (Fol. 21^{v}-29^{v}). Vita B. Hilarionis monachi edita a B. Iheronimo = *BHL.* 3879.

4. (Fol. 29^{v}-31^{v}). Narratio eiusdem de captivo monacho nomine Malcho = *BHL.* 5190.

5. (Fol. 31^{v}-32^{v}). De S. Paulo simplice = *BHL.* 6594.

6. (Fol. 32^{v}-60^{v}). Liber de conversatione et vita patrum Aegyptiorum et Sciti monachorum a Postumiano monacho editus et ad Fidosum missus = *BHL.* 6524.

7. (Fol. 60^{v}-87). Liber secundus eiusdem de virtutibus seu dictis sanctorum patrum = *BHL.* 6525.

8. (Fol. 87-100^{v}). Liber tertius Postumiani monachi de institutionibus seu gestis sanctorum patrum = *BHL.* 6526.

— (Fol. 100^{v}-132). [Excerpta varia].

Permixtim exscripsit huius voluminis collector libellos breviores aliasque narrationes tum hagiographicas tum non hagiographicas, quas ex *Vitis Patrum*, ex Rufini *Historia ecclesiastica*, ex Cassiodori *Historia tripartita*, ex Beda aliisque excerpsit. Praecipua quaeque, quae ad rem nostram faciant, recensuisse satis erit.

9. (Fol. 103v-104). [Vita S. Thaysis] = *BHL*. 8013.

10. (Fol. 104-105). De S. Spiridione = *BHL*. 7831.

11. (Fol. 117v-118). De mirabilibus imaginis Domini.

Cassiodori *Historia tripartita*, lib. vi, c. 41, 42. Incipit : *Illud miraculum quod sub Iuliano ...*

12. (Fol. 118-118v). De miraculis S. Narcissi Hierosolimorum episcopi.

Rufini *Historia ecclesiastica*, lib. vi, cap. 7, 8. Incipit : *Congruum mihi videtur ... ;* desinit : *mihi vindictam, et ego retribuam.*

13. (Fol. 118v-119v). Miracula S. Gregorii martyris et episcopi Neocaesariensis.

Satis similis fragmento *BHL*. 3678a. Incipit : *Dignissimum puto beati Gregorii martyris et episcopi Gneocaesariensis gesta, quae sub orientali ... Stagnum quoddam erat in Ponti regionibus situm piscibus copiosum ...* — et desinit : *ut ipse beato Gregorio successor in episcopatu extiterit.*

14. (Fol. 131v-134v). Conversio S. Pelagiae peccatricis = *BHL*. 6607.

Desinit : *ut cum pervenissem ad loca sancta, inquirerem Pelagium* (= *Act. SS.*, Oct. t. IV, p. 268, annot. *ee*).

15. (Fol. 134v-137). Vita S. Mariae neptis S. Abrahae eremitae = *BHL*. 12.

Omissa priore parte, quae est de S. Abraham, incipit : *Habuit vir beatus Abraham ...* (= *P. L.*, t. LXXIII, col. 651, cap. 2); omissis item ultimis capitulis desinit (cf. ibid., col. 658, cap. 11) : *Quinquaginta*[1] *siquidem annos conversationis magna cum devotione atque humilitate cordis et caritate circa Deum et proximum valde sincera instituto spirituali*[2] *complevit beatorum omnium vita perfectus*[3] *beatissimus sanctusque Abraham*[3].

16. (Fol. 137-138). Vita S. Marinae virginis = *BHL*. 5528.

17. (Fol. 138-141v). Vita S. Eufrosynae virginis = *BHL*. 2723.

18. (Fol. 144v-145v). Conversio S. Affrae martyris = *BHL*. 108.

19. (Fol. 145v-146). Passio S. Affrae martyris = *BHL*. 109.

20. (Fol. 147-148). Miraculum sanctae Dei genitricis Mariae de quadam vidua.

Narratio rhythmica ed. ab A. Mussafia, *Ueber die von Gautier de Coincy benützten Quellen* (Wien, 1894), p. 11-15.

[1] *Adscripsi varias lectiones codicis* 871[15]. — [2] institutum spirituale 871. — [3] (p. b. s. A.) perfectorum beatissimi sanctique Abrahae 871.



Cod. 870. **21.** (Fol. 148-151). De quadam nobili femina.

Narratio rhythmica, de qua A. Mussafia, *Studien zu den mittelalterlichen Marienlegenden*, I (Wien, 1887), p. 43, n. 62 (= Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften, CXIII, 957).

CODEX 871.

Membraneus, foliorum 166 (0m,33 × 0,24). Exaratus, paginis bipartitis, saec. XII. Erat olim abbatiae Aquicinctinae (fol. 1).

1. (Fol. 2-4). [Vita S. Pauli primi eremitae] = *BHL.* 6596.

Folio avulso, incipit mutila: *procellae, in villa remotior secretior manebat...* (cf. *Act. SS.*, Ian. t. I, p. 605, n. 6 sub init.)

2. (Fol. 4-21v). Vita S. Antonii monachi = *BHL.* 609.

3. (Fol. 21v-28). Vita B. Hilarionis = *BHL.* 3879.

4. (Fol. 28-30v). Capitula de actibus sanctorum patrum heremitarum.

Index libellorum, qui sequuntur, **5-7**.

5. (Fol. 30v-49v). Actus sanctorum patrum a Postumiano monacho editi et ad Fidosum missi. Liber de vitis = *BHL.* 6524.

6. (Fol. 49v-78v). Liber secundus = *BHL.* 6525.

7. (Fol. 78v-91v). Liber tertius Postumiani de gestis sanctorum patrum = *BHL.* 6526.

— (Fol. 91v-109v). [Excerpta varia].

Partim eadem cum iis de quibus ad cod. 870, fol. 100v-131. Praecipua recensemus.

8. (Fol. 97v-100). Narratio B. Hieronymi de Malcho monacho = *BHL.* 5190.

9. (Fol. 100v-101v). [Vita S. Thaysis] = *BHL.* 8013.

10. (Fol. 101v). [De mirabilibus imaginis Domini] = cod. 870[11].

11. (Fol. 102-102v). De Spiridione = *BHL.* 7831.

12. (Fol. 109v-130v). Narratio Leontii episcopi de vita S. Iohannis archiepiscopi Alexandriae = *BHL.* 4388, 4389.

13. (Fol. 130v-138). Actus Mariae Aegyptiacae et paenitentia et transitus ad Christum = *BHL.* 5415.

Deest prologus interpretis.

14. (Fol. 138-141). Vita Eufrosynae virginis = *BHL.* 2723.

15. (Fol. 141-143v). Vita Mariae neptis Abrahae = cod. 870[15].

16. (Fol. 143v-146v). Conversio Pelagiae meretricis = *BHL.* 6607.

Desinit ut in cod. 870[14].

17. (Fol. 146v-155). Vita B. Paulae a B. Hieronymo edita = *BHL.* 6548.

18. (Fol. 155v-158). Miraculum S. Mariae de Theophilo paenitente = *BHL.* 8121.

19. (Fol. 158-166). Vita S. Nicolai episcopi = *BHL.* 6104-6106, 6150-6156, 6160, 6161, 6172, 6174, 6163, 6164.

Foliis avulsis, narratio 6164 desinit mutila : *Tunc apprehensa imagine coepit eam oscu* | (= Falconius, p. 125, col. 2 med.).

CODEX 878.

Membraneus, foliorum 117 (0m,31 × 0,24). Exaratus, paginis bipartitis, saec. XII. Erat olim abbatiae Aquicinctinae (fol. 1, 109).

1. (Fol. 109-112v et 114r). Vita domini Anselmi Cantuariensis archiepiscopi = *BHL.* 526.

Omissis reliquis, desinit: *ad pristinam sanitatem revocati* (= *Act. SS.*, April. t. II, p. 870, n. 19 sub init.)

2. (Fol. 114v, 113-113v, 115-117). Passio sanctorum martyrum Crisanti et Dariae = *BHL.* 1787.

Deest prologus.

CODEX 882.

Membraneus, foliorum 203 [A et sign. 1-49, 49 *bis*, 50-77, 77 *bis*, 78-140, 140 *bis*, 141-146, 146 *bis*, 147-198] (0m,280 × 0,195). Exaratus, paginis bipartitis, saec. XIII extr.

Erat olim abbatiae Marchianensis (fol. Av, 3r, 198v).

(Fol. 135-135v). [Carmina de caede Caroli Boni comitis] = *BHL.* 1576.

Ad cod. 151[31] : Postea animadvertimus hanc narrationem ad verbum excerptam esse ex *BHL.* 1663.



APPENDIX

I. Passio metrica S. Vincentii diaconi.

Veteris Passionis S. Vincentii Caesaraugustani diaconi (BHL. *8628-8630*) *postquam epitome quaedam metrica* (BHL. *8642*) *reperta olim erat in codice Parisino Bibl. Nat. lat. 16699, eiusdem epitomes exemplar aliud exhibuit nobis codex Duacensis 217. Quoniam vero non ita similia sunt duo exemplaria, ut in initio praesertim et in fine versiculis quibusdam additis vel omissis diversam quasi faciem induere non videantur, paucis locos utriusque proprios referendos censuimus.*

Exemplari porro Parisino praefixus est prologus iste :

Si fas sit dici, quod non confertis, amici,
Fert mea musa mihi carmine multiplici :
Mestum solatur, curas animi moderatur;
Quod nil curatur, hoc modulante datur.
Vincentis mira certamina fortia dira
Invicti satyra nunc, mea, pange, lyra.
Fortia preclare fac me, Deus, acta sonare
Et mihi dignare carmina digna dare.

Sequitur ipsa Passionis narratio; quae cum versiculis 112 nihil notatu dignum exhibeat, satis fore opinor, si prima et ultima verba exscripserimus. Incipit igitur :

Natus, donatus studiis, gemino geminatus.
Sensu, sensatus sepsit utrumque latus.
Doctus utramque manum moderando cavere profanum
Et nihil insanum volvere more canum.
Eius vero pater Euticius, Evola mater;
Ex Osca mater, consule patre pater,
Exorti late deducta nobilitate...

Desinit vero :

Nec victus cedit; etiam mare, ventus obedit,
Et super incedit, et celer inde redit.
Redditur ergo solo victor non nomine solo.
Et, iubilante polo, coniubilare volo.

Iamvero in codice Duacensi, omissis quattuor primis versiculis, incipit prologus : Vincentis mira...; *verum post ultima verba :* digna dare, *sequuntur tum hi duo :*

Metro non spreto, Vincenti sancte, faveto
Et ceptum leto perfice fine, peto,

tum etiam ille, quem addidit alia manus saec. XIII :

Edidit hec annis etas matura Iohannis.

Ipsa autem narratio, si varias lectiones quasdam paucas non attendimus, in utroque exemplari eadem est. Ast post versiculum 112m sequuntur in codice Duacensi versiculi bini, quos, quia leonini non sunt, genuinos non esse crediderim :

Victrices aquilas vobis promisimus; ecce
Missum martyrii martyris omne genus.
Valete. Explicit.

Nomen tandem auctoris, quod versiculo post prologum addito traditum vidimus, distinctius explicavit monachus nescio quis, qui carmen hoc breve conscripsit, quod in codice Duacensi servatum est :

Haec tua, Vincenti, metro perarata decenti
Conscripsit gesta vir quidam, cuius honesta
Vita fuit; cuius mentem non polluit huius
Fex mundi. Gratus Domino pater iste beatus
Prefuit ob vite meritum lingueque perite
Fratribus Hasnonie. Tandem consortia Lye
Linquens, Rachelis specie revocatus (1), anhelis
Gressibus ad metam tendendo pace repletam
Sedem cunctorum preciosam dote bonorum
Contigit hic, merite suscepto munere vite,
Cum Christo gaudet, quem celi curia laudet.
Ipse sacros annes ascendens (2) iure Iohannes
Accepit nomen, cui gratum nominis omen
Gratia donavit, quem cunctis gratificavit (3).

Quibus verbis si fides tribuenda est, carmen nostrum de Passione S. Vincentii conscripsit Iohannes abbas Hasnoniensis, qui praefuit ab anno circiter 1086 ad annum circiter 1096.

(1) i. e. transiens a vita activa ad vitam contemplativam. Cf. Gregorii Magni *Epist.*, I, 5 (*P.L.*, t. LXXVII, col. 449; *MG.*, Epist. t. I, p. 6, lin. 15). — (2) " Ascendens sacros amnes ", id est, ni fallor : " cum baptizaretur ". — (3) " *Iohannes* interpretatur *in quo est gratia*, vel *Domini gratia* ". Isidorus.

II. Miracula S. Theoderici.

(*Vid. supra, p. 369, cod. 295* [4].)

Anno incarnationis Domini MCLXVII ad dilucidandam beatissimi Theoderici confessoris Christi dignam memoriam quorundam miraculorum providentia divina modernis dignata est demonstrare novitatem. Ingruentibus siquidem variis languorum generibus infra duas villas, Burinniacum (1) videlicet et Wistiriacum (2), tanta efferbuit pestis calamitas, quia multitudini languentium nullum prorsus recuperandae salutis patebat remedium. Talis vero vivi ad mortuum erat affinitas, quoniam qui mane ceteros efferebant, ipsi sepulturae officio vespere indigebant. Cum igitur tanti periculi magis ac magis undique invalesceret magnitudo, divina suffragante clementia, placuit illius loci superstitibus famuli Dei suppliciter implorare patrocinium. Nec mora, ad beatissimi confessoris Christi coenobium spe misericordiae suffulti pariter confluxerunt. Deinceps domni Heriberti, eiusdem loci pastoris, genibus provoluti ipsius benivolentiae devote supplicaverunt rogantes quatinus a patroni sui feretro mansionum suarum visitari satageret infelicitatem. Domnus vero Heribertus, pietatis ac misericordiae dulcedine permotus, non spe temporalium munerum, sed desiderio supernae retributionis, supplicantium precibus libentissime consensit statimque beatissimi Theoderici confessoris Christi feretrum, ipso comitante, ad praefatum locum a monachis deferri praecepit. Illis itaque feliciter discedentibus et ad locum destinatum mentis alacritate tendentibus, huius sanctissimi viri interventione benignitatis ac misericordiae fontem dignatus est Christus largiter effundere. Quibus autem miraculis sanctum suum declaraverit quibusque beneficiis eius corporalem praesentiam ibidem esse innotuerit, cum longum sit enarrare, non tamen omnino convenit reticere. Interea viri Dei circumquaque laude famosissima crebrescente, infirmantium coetus spe sospitatis recuperandae ad opitulationis patrocinium certatim festinavit convolare. Inter quorum multitudinem quidam iuvenis, Radulfus nomine, sermonis officio membrorumque viribus longo ante tempore frustratus, a cognatis suis in lectulo ad Dei famulum est delatus; qui paulo post ipsius almifici miseratione incolumis surrexit effectus. Quid plura? quid singulorum prosequar nomina? Tota aegrotantium collectio quocumque morbo gravata Dei virtute ac sancti sui intercessione infra quatuor dies dono pristinae sanitatis est potita, Deo creatori suo ore personans praeconia, qui est benedictus in saeculorum saecula. Amen.

(1) Burigny, dép. Marne. — (2) Witry-lez-Reims, dép. Marne.



III. Miracula S. Thomae archiepiscopi Cantuariensis.

Quae infra e codice Duacensi 315, saec. XII, edituri sumus miracula, in nullo ex maioribus libellis de vita et miraculis S. Thomae repperimus. Conscripta autem sunt haud multo post tempore quam vita functus erat sanctus martyr, et quidem ab aliquo qui praesens Cantuariae aderat, cum miracula peragerentur (§§ 4, 9; cf. § 1 extr.). Utrum autem integer ille libellus in codice Duacensi exscriptus sit, an pars tantum excerpta, affirmare non ausim. Illud constat, eiusdem libelli alia exemplaria, quae quidem novimus, partem tantum eorum miraculorum exhibere quae in codice Duacensi leguntur; ita, v. g. in codice Londinensi Mus. Brit. add. 10050, saec. XII (= BHL. *8233*) *et in codice Parisino Bibl. Nat. lat. 12607, saec. XII* (*cf.* Catal. Lat. Paris., *III, 150-51, 5°*) *servata sunt libelli sola capitula 10, 2, 3* (*non integrum*)*, 6 et 9; in codice vero Parisino Bibl. Nat. lat. 3088, saec. XIV* (*cf.* Catal. Lat. Paris., *I, 228, 2°*)*, incipit libellus a cap. 1 et desinit cum cap. 8.*

Quaedam miracula gloriosi martyris Thomae archiepiscopi Cantuariae.

1. Expleto cursus sui glorioso certamine, ille ecclesiasticae libertatis defensor invictus Thomas archiepiscopus Cantuariae qualem se, dum viveret, divinae maiestatis conspectibus exhibuisset, post mortem ipsius miraculorum gloria e vestigio declaravit. Nam paucis, postquam martyrii palmam adeptus est, evolutis diebus, venit Cantuariae sacerdos quidam Londoniensis, qui in die festivitatis beati Stephani prothomartyris, quarta scilicet die ante martyrium beati martyris Thomae, obmutuerat. Is ad sepulchrum sancti martyris admissus sequenti nocte loquendi recepit facultatem. Qui adhuc superstes sacerdotii sui ministerium expedite loquens libere prosequitur.

2. Mulier quaedam, cuius oculi diutina caligaverant caecitate, oculos linivit sanguine sancti lumenque recepit.

3. Alia mulier languore gravi biennio pressa lectulum foverat; quae modicum sanguinis sancti Thomae aquae immiscuit. Qua hausta, continuo totam morbi sui materiam evomuit, et diligentius disquirens quidnam esset, quod eam tanto tempore tantis intolerabiliter vexasset cruciatibus, invenit in vomitu suo quam plurimos cerasorum lapillulos; ex quibus quidam ob longi temporis tractum in utero ipsius germinaverant, qui adhuc in testimonium tanti miraculi diligenter custodiuntur.

4. Mutus quidam in die resurrectionis dominicae in ecclesiam Christi Cantuariae venit; qui post multam corporis sui vexationem et frequentem ac miserandam sui ipsius in pavimentum collisionem, ad altare Christi progreditur, gratias agens Deo super reddita sibi sanitate. Qui requisitus a quibusdam, inter quos aderam, qui haec scripsi, quisnam esset vel unde, ad singula respondit balbutiendo quidem, satis tamen intelligibiliter, et quod recuperandae causa loquelae, qua quinquennio privatus erat, advenisset, publice protestatus est. Cumque interrogassem ad quem sanctorum illius loci specialius adventasset, respondit se nullum eorum scire nominare, sed quia quendam archiepiscopum ibidem nuper interemptum audierat ac eundem virtutes operari, se illuc advenisse affirmabat. Misimus e vestigio ad notos eius, — parentes enim non habuit, — et eum veraciter mutum fuisse comperimus.

5. Eodem die cuiusdam servientis monachorum ecclesiae Christi filius iam tunc triduo sine voce, sine sensu humano, ante mortem mortuo consimilis iacuerat. Cuius pater iam de filii recuperatione paene desperans ac humano destitutus auxilio, fixa fide cucurrit ad divinum, et sine mora sui doloris optatum invenit remedium. Nam cum sanguinem sancti Thomae, quem sabbato sancto a quodam amico suo <acceperat [1]>, ante puerum attulisset, puer ad vocem patris unum oculorum ilico aperuit, et accepto cum aqua sanguine salutifero, puer convaluit, et sumpto cibo confortatus est. (Cf. *Act.* 9, 19.)

6. Caecus et mutus natus, eadem usus medicina, cum oculorum acumine integram perfectamque recepit loquelam.

7. Mulier quaedam, quae baculo innixa vix pedem a terra sustollere potuit, quintum diem paschalis sollemnitatis ad memoriam sancti orationibus vacans transegit, et vespere facto, abiecto baculo, exultantibus amicis suis, domum reversa est.

8. Alia mulier duobus se vix portans baculis venit ad sanctum Thomam; quae pedibus suis melius reportata ad suos sana regreditur.

9. Caecus quidam in civitate Cantuariae bene notus, quem et [ego [1]] ipse vidi, panniculo sanguini martyris intincto oculos fricuit, eademque hora est illuminatus.

10. Miles quidam nobilis genere ac dives, Walterius nomine de Enicurt, percussus lepra Cantuariam venit, acceptaque licentia a priore tribus noctibus sepulchrum sancti Thomae frequentavit. Cui in somnis sanctus apparuit et caput eius utraque manu amplexatus est, ac disparuit. Miles vero evigilans ab eo, qui fuerat, omnino

5. — [1] *supplevi ex coniectura.*
9. — [1] *deletum a corr.*

alienum se sentiens, gratias egit Deo et eius sancto martyri, et mane monachorum capitulum ingressus, audientibus cunctis, se toto corpore melioratum clara voce asseruit, acceptaque fratrum societate, in sua gaudens et exultans est regressus.

11. Sabbato octavarum paschalium furiosus funiculis alligatus adducitur, et mane facto suae mentis compos effectus, omni furore deposito, discessit mansuetus.

12. Praeter haec, quae succincta brevitate perstrinxi, tot pro meritis sancti sui martyris operatus est Deus curationes, ut iam prae multitudine facile nequeant dinumerari. Sed ut paucis multa concludam, caeci vident, claudi ambulant, muti loquuntur, furiosi suae menti restituuntur, et quod in Anglia hactenus, ut aestimo, inauditum vel certe rarissime factum esse constat, gloriosi martyris Thomae meritis a lepra, ut dictum est, miles est mundatus. Nemo in Anglia hodie superstes, qui huic miraculo simile uspiam contigisse memoriter teneat; nulla, nisi fallar, hoc credit historia.

IV. Miraculum S. Nicolai Leodiense.

De initiis ecclesiae Leodiensis Sancti Nicolai, quae " ad Muscas „ dicebatur (*Saint-Nicolas-aux-Mouches*), *haec narrat Aegidius Aureaevallensis* (1): Hic (*nempe Reginardus episcopus Leodiensis*) ecclesiolam in monte Publico iuxta Sanctam Crucem ad honorem beati Nicholai Mirreorum archiepiscopi anno Domini 1030, 11 kal. agusti, dedicavit, que fertur prima fuisse fundata in regno Lotoringie nomini beati Nicholai, maxime quia quedam pestilentia muscarum, que homines infestabant in Leodiensi terra, cessaverit ad invocationem beati Nicholai, pro quo populus ecclesiam iuxta votum consumavit. *Paulo plura tradit Iohannes dictus Ultramosanus* (2) : " L'an deseurdit (*nempe 1037*) soy levat en Hesbain et tout amont jusques Franche, de moxhes teile planteit que ons n'en poioit avoir delivranche; et si pondoient si fort li gens qu'ilh convenoist morir tantoist. Adont oit Reginal, li evesque de Liege, sovenanche de I vision où ilh avoit veut sains Nycholay que destruoit les moxhes; si at voweit de fondeir un englise de Saint-Nycholay, mains que son paiis fache delivranche de ses moxhes; et saint Nycholay priat à Dieu que li moxhes fusent destrutez, et ilh le furent; si fondat li evesque l'englise de Saint-

(1) *Gesta episcoporum Leodiensium*, lib. II, c. 73 (*MG.*, Scr. t. XXV, p. 69-70). — (2) *Ly Myreur des histors*, lib. II (ed. Borgnet-Bormans, t. IV. p, 223; cf. ibid., t. III, p. 488).



Nycholay deleis Sainte-Crois, le XXIIIe jour de jule; ilh paiat vilainement saint Nycholay de son miracles; et che fut li promiere englise que nuls edifiast par tot le regne d'Alemangne en nom saint Nycholay.

Cum his partim convenit, partim ab his recedit narratiuncula, quae in quattuor codicibus Duacensibus 838[58], 842[5], 855[11], 865[2] legitur, quamque, etsi nomen " Sancti Nicholai ad Muscas „ minime explicat, tamen, quia ceteris est antiquior, utpote quae in codicibus saec. XII servata sit, hic subiciendam duximus.

De eo quod sanctus Nicholaus ab urbe Leodicensi temporibus Conradi imperatoris inguinariam pestem reppulerit [1].

Illud miraculum non est silendum, quo in tempore necessitatis et angustiae urbi Leodicensium[2] beatus confessor Christi Nicholaus opem suorum contulit meritorum. Hanc enim sua revelatione visitavit et illi medicus salutis hoc modo patronus advenit. Tempore Conradi imperatoris sub Reginardo Leodicensi[3] episcopo ipsam civitatem et circumpositam regionem adeo inguinaria perculit clades, ut populi non parva multitudo interiret, nullique spes salutis erat et vitae, quem hic divinae animadversionis gladius percussisset in inguine. Tanta enim languoris acerbitate opprimebantur, ut in eis mortis dilatio perparva fieret vel nulla, factamque Dei erga se misericordiam dicerent qui paene inevitabilem pestilentiam effugissent. Eo tempore quidam clericus ipsius civitatis, vir misericordiae operibus deditus, — adiutor quippe et amator dicitur fuisse pauperum, — huiusmodi incurrit periculum. Quem iam in extremis positum cum turba pauperum, qui eius cottidiano fovebantur subsidio, plangerent et lamentarentur mortemque illius quasi alteram clamarent imminere sibi[4] cladem, et ipsorum Dominus in eo sanavit contritionem, et Nicholai declaravit virtutem. Mulier enim[5], quae una ex eorum videbatur[6] collegio, sed quae a Deo inspirata et missa ei fieret[7] praenuntia salutis, ingrediens et adstans iacenti: " Beatum „, inquit, " Nicholaum magni apud Deum meriti esse noveris. Cui si te tota „ devotione committas, potens est ut in praesenti necessitate tibi „ eius succurrat gratia. Nihil ergo haesitans de misericordia piissimi „ confessoris iube cereum fieri, qui hac nocte coram sancto altari, in „ qua volueris ecclesia, in honore ipsius lumen indeficiens ministrare „ sufficiat. „ Quae dicta cum vana praesentibus et ex feminea seduli-

[1] *ita* 842; Miraculum S. Nicholai antistitis de quodam clerico 865; *nullum lemma in* 838. — [2] Leodiensium 842. — [3] Leodiensi 842, 865. — [4] *om.* 838. — [5] Quaedam enim mulier 838. — [6] v. ex e. 838. — [7] fuerat 838.

tate iudicarentur prolata, ille tamen, qui nihil inexpertum vellet relinquere, quod tantis doloribus suis mederi posse addisceret, iussit impleri[8] quod mulier suggesserat. Sed ex consequentia salutiferae visionis et experimento consecutae salutis manifestatum est divinae voluntatis consilium, ut in Leodio ad gloriam Dei memoria et veneratio haberetur sancti Nicholai. Ea siquidem nocte illi per visum senex venerandi habitus apparuit eumque clementer intuitus ait :

" Ut sanus vivas, Nicholai gratia praestat ".

Ad haec clericus evigilans iamque sanitatem, quam Nicholai praestabat gratia, infirmo corpori suo sentiens infundi, caelesti congaudebat visioni; et his quae viderat dicta conferens mulieris beatum Nicholaum sibi apparuisse et se illius gratia perfecte sanandum credidit. Quod et factum est. Nam de infirmitate convaluit ceterisque per eum innotuit auctor collatae sibi sanitatis. Tunc multi, quos clades vexabat inguinaria et qui hac contagione infici, quia latius serpebat, vehementer formidabant, concepta spe salutaris remedii, beatum Nicholaum multis exorabant precibus multisque apud eum se obligabant votis, ut et pereuntibus subveniret et adhuc illaesos ab imminenti periculo protegeret. Quorum fidem et orationem beatus pontifex creditur Deo commendasse, ut misericors et propitius fieret Cf. *Psalm.* 77, 38.
peccatis eorum, quia et iram suam Dominus avertit eosque[9] misericorditer liberavit. Cessavit enim tempestas illius pestilentiae et mortalitatis, et facta est eis tranquillitas magna vitae et salutis. Ille Cf. MATTH. 8, 26.
autem qui evidenter caelesti visione curatus est, cum devotionem, quam mente erga sanctum confessorem conceperat, mentibus quoque Leodicensium[10] concipi desideraret, in eadem urbe secus ecclesiam Sanctae Crucis basilicam in honore ipsius insigniter construxit, eamque undecimo kalendas augusti supradictus episcopus consecravit. Cogitabat enim, quod et postmodum evenit, quod ibi populus adveniens et beati Nicholai addisceret virtutes et illi devotus esse consuesceret. Ad hanc igitur cottidie ecclesiam numerosa multitudo conveniens sancti pontificis memoriam oblationibus multis honorabat et votis, et se illi precibus commendabat assiduis. Ex tunc ergo, crescente in Leodio devotione fidelium, beata commemoratio ipsius et venerabiliter colitur et sollemniter honoratur. Ipsos enim Leodicenses[11] tam clarum tamque salubre sidus necdum radiis notitiae et pietatis suae illustraverat.

— [8] expleri 838. — [9] et eos 838. — [10] Leodiensium 842, 865. — [11] Leodienses 842.



V. Vita S. Killiani confessoris Albiniacensis.

Quicquid de sancto Killiano, qui et Cillianus et Chillenus dicitur, adhuc noveramus, id totum ex Vitis duorum sanctorum accipiendum erat, quorum tempore Killianus vixisse tradebatur, Faronis nempe atque Fiacrii. Et Vita quidem S. Fiacrii docemur Chillenum ex Romanae peregrinationis itinere in Meldensi territorio applicuisse *et apud sanctum Fiacrium, quem cognovit* suum esse patriotam et sibi sanguinitatis affinitate coniunctum, *aliquot dies commoratum esse* (1); *Fiacrius autem ex Hibernia Scottorum insula oriundus erat atque tempore sancti Faronis Meldas advenerat. Sed multo plura in eiusdem S. Faronis Vita, quam saeculo IX ab Hildegario, ut videtur, episcopo Meldensi conscriptam habemus* (BHL. *2825*), *de Chilleno nostro narrata sunt, eaque idcirco maiore attentione digna, quod auctori prae manibus Vita quaedam beati Chilleni fuit, quam ipse ter in testimonium invocat. Locos praecipuos adduxisse operae pretium fore credo.*

α) *Vita S. Faronis, cap. 70 :* ... in tantum ut in descriptionibus beati Chilleni, viri Scotticae gentis, exaratum videatur habere, ne respublica regni a statu suae magnificentiae atque potentiae aliqua violatione iuris vacillaretur, tali arte consilii astute procuravit providere. *Narrat inde auctor* (*cap. 71-78*) *a sancto Farone legatos Saxonum, qui procacibus verbis Chlotarium regem offenderant, ut baptismum reciperent esse adductos, sicque ab imminenti nece servatos ; profertque notissima illa fragmenta* carminis rustici, *de quibus totiens viri docti scripserunt. Etsi vero in his de sancto Chilleno nullus fit sermo, quin haec tamen tota narratio, sed et forsitan ipsa fragmenta dicti carminis ex laudata Vita Chilleni ab Hildegario desumpta sint, plerique non dubitant* (2).

β) *Vita S. Faronis, cap. 79 :* Est et aliud non silentio de eo tegendum, ut in vita beati Chilleni iam dicti invenimus... *In reliquo autem capitulo de sancto Chilleno nihil traditur, refertur autem sanctus Faro reum a morte liberasse.*

γ) *Vita S. Faronis, cap. 100 :* Ipse namque egregius Faro virum gratia Dei plenum, nomine Chillenum, ex genere Scottorum ortum, sanctis exhortationibus ad provinciam Atrabatensem misit, quam

(1) *Act. SS.*, Aug. t. VI, p. 606, n. 13, 14; cf. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 599, n. 4. — (2) Cf. Pio Rajna, *Le origini dell' epopea francese* (Firenze, 1884), p. 120 et suiv.; G. Kurth, *Histoire poétique des Mérovingiens* (1893), p. 441 et suiv. Vid. etiam, qui hac de re nuperrime scripsit, v. d. G. Gröber, *Der Inhalt des Faroliedes*, in *Raccolta di studii critici dedicata ad Alessandro d'Ancona festeggiandosi il XL anniversario del suo insegnamento* (Firenze, 1901), p. 583-601.



doctrina sana Christo acquisivit, et non solum verbo divino, sed etiam miraculis sanctitatis Christo adtraxit. Haec ipsa quoque provincia modo de eius dormitione corporis clarissima habetur, fulgida eius meritis ac notissima in regnis.

δ) *Vita S. Faronis, cap. 101:* Non est quoque eius virtus a memoria abolenda, per quem hoc in monasterio cum beatissimo Farone divina per eum gratia est operata. Nam cum quadam die secundum debitum corporis Chillenus sanctus cum antistite Farone convivaretur, pincerna casu excessionis calicem, quo vinum epulantibus propinabat, qui vitreali elemento infido compositus erat, fregit. At beatus Chillenus intuens faciem ministri prae nimio pavore pallentem, particulas calicis sibi tribui latenter poscit; super quas oratione composita, invisibiliter redintegrata est calicis fabrica, et sic oculis omnium in miraculo est conversa.

ε) *Vita S. Faronis, cap. 103 :* Hoc namque miraculum, quod placidis auditoribus inferemus, in denotationibus vitae beati Chilleni nostrae notitiae adsumpsimus... *In hoc capitulo nihil amplius de sancto Chilleno dicitur, sed narratur caecum, accepta a sancto Farone sacri chrismatis unctione, visum simul recepisse.*

Porro cum in huiusmodi Vita S. Chilleni vel de uno Farone non pauca tradita esse doceremur, cumque in eadem relatio illa sane nonnullius momenti de Saxonum apud Chlotarium regem legatione olim lecta esse videretur, nihil mirum si, postquam in binis Duacensibus codicibus Vitam aliquam S. Chilleni inveneramus, spem animo concepimus nos operae nostrae pretium non exiguum relaturos esse. Hac tamen spe mox lapsi sumus. Vixdum enim libellum in codicibus 857[12] *et 840*[46] *perlegeramus, cum nobis certo constitit Chilleni quidem seu Killiani illius, quem in Vitis et S. Faronis et S. Fiacrii laudatum vidimus, in hoc libello Vitam narrari, non tamen hunc esse libellum quem legerat et exscripserat Hildegarius. In Vita enim nostra ne verbum quidem fit de his quae in narrationibus supra laudatis* α) β) *et* ε) *traditum erat; quae autem Hildegarius in narrationibus* γ) *et* δ) *profert, ea et in Vita nostra comparent, minime tamen eadem. Convenit quidem libellus noster cum Vitis S. Faronis et S. Fiacrii, quod Killianum tradit ex Hibernia oriundum (cap. 1), quin etiam Scottorum regis filium (cap. 4); quod eundem refert, relicta patria, Romam primum iter egisse (cap. 3), inde in septemtrionalem Galliam venisse et cum sancto Fiacrio brevi tempore convenisse (cap. 4); quod calicem vitreum a pincerna confractum et a Killiano mirum in modum redintegratum esse narrat (cap. 6, 7); quod tandem Chillenum ad Atrebates venisse testatur (cap. 9). Ast ut omittam in Vita nostra Fiacrium non cognatum S. Killiani, sed servum patris ipsius, regis Scottorum, dici (cap. 4), calicem vero, quem Killianus refecerit, non Faronis episcopi,*

sed Eulfi comitis fuisse, id maxime alias inter Vitas et libellum nostrum interest, quod sanctus Killianus post medium saeculum VII vixisse et cum sancto Farone Meldensi episcopo conversatum esse illae testantur, hic vero eundem plus centum ante annis, tempore nempe sancti Vedasti Atrebatensis episcopi, floruisse (cap. 9).

Iamvero utra S. Chilleni seu Killiani Vita sit antiquior, nostra nempe an illa quam legit Hildegarius, tunc demum definire licebit quando feliciore casu altera illa reperta erit. Certe nostra non brevi tempore post mortem Killiani conscripta est; siquidem narrato quodam S. Killiani miraculo, ita pergit : Hoc in loco succedenti aevo a religiosis viris fabricata est ecclesia in testimonium huius miraculi, in qua christiana plebs hactenus officio famulatur divino *(cap. 8 extr.); neque etiam fidem meretur magnam, cum fabulis quibusdam manifestis vitiata sit, ut cum narrat Killianum in Romanum pontificem electum esse et summam hanc dignitatem sprevisse. Num vero in designando tempore, quo Killianus vixerit, etiam erraverit auctor noster, affirmare minime ausim. Quod enim Hildegarius cap. 71-78 (vid. supra narrationem* α) *de Chlotario II rege et de Farone Meldensi episcopo ex altera Vita S. Chilleni excerpsit, id ad tempus Chlotarii I et ad Faronem principem nescio quem referendum esse nuper intellexerunt viri docti. Chillenum porro reapse tempore S. Vedasti vixisse si quis contendat, etsi tenuis est Vitae infra edendae auctoritas, contra tamen dicere nolim.*

Vitam porro illam, quam, dum certior et fide dignior deest, typis mandandam duximus, praebuerunt nobis codices duo olim Marchianenses, iam Duacenses 857 (= **1**) *et 840* (= **2**). *Exemplar 1 apographum esse codicis antiquioris, mendae, quae in eo deprehenduntur, satis demonstrant; ex quibus quasdam correxit amanuensis 2; cuius lectiones varias ideo tantum adscripsimus, ut ostenderemus codicem 2 ex codice 1 exscriptum esse. In utroque divisa est Vita in lectiones novem; quam distinctionem servavimus.*

Vita sancti Cilliani [1].

1. Fuit vir venerabilis vitae in Ibernia, vocabulo Cillianus [1], ex prosapia regali ortus, qui ab ineunti [2] aevo suae infantiae instanter Deo tonanti famulari studuit et suis praeceptis in dies oppido flagravit. Igitur cognatio superba parentum suorum contemplantes eum fore idoneum ad opus episcopale recipiendum necnon sua sagaci lingua proferentem docmata optimae sophiae, commendaverunt ei

Tit. — [1] Vita sancti Killiani confessoris **2**.
1. — [1] Chillianus **2** *et sic deinceps*. — [2] ineunte **1** *corr.*, **2**.

reverenter christianorum hominum gregem. Quem valde invitus suscepit, eo quod potius ambiebat assuetis excubiis et orationibus assiduis nondinari[3] superna polorum gaudia quam dari sibi fragilis saeculi beneficia. Ergo cunctio[4] fidelium populorum non ob hoc eum dimisit, ast ministerio Dei constanter beavit, quia merito sanctitatis suae salvari putavit. Per innumeros enim dies militavit suo Creatori, pascens largissime oves suas pane spirituali. Accidit vero abesse sui coenobitis monasterii sumptus corporales, licet adessent spirituales. Et aestuans cum dolore inmenso in tempore maturavit ad pistrinum[5], quo non paratum repperit fornacem. Qui totum se altae[6] potestati deposuit et ingressus accensum scilicet clibanum, cum Dei nomine palmis nudis prunas eiciens, omnem fornacem suo amictu scopavit, ornans in hoc panem ad coquendum more pistorum, et coctum sumens umeris[7] suis attulit alacri vultu in praesentiam fratrum. Qui cum vidissent hoc signum, nec non probarent a Deo fuisse gestum, repleti sunt stupore et extasi, ac provoluti pedibus eius benedixerunt Dominum Deum, dicentes: „ Benedictus Dominus „ Deus creator caeli solique et benedictum nomen gloriae tuae, qui „ super aethereum thronum[8] sedes et contemplaris ima et regnas „ inter angelos nosque gubernas in terra. Te enim benedicit omnis „ caterva poli atque omnis creatura telluris. Nos denique laudamus „ te cum summa devotione, quibus concessisti tantum pastorem, „ sub cuius munimine bene vivimus, nec noceri ab hoste cruento „ timemus. Sit quoque tibi honor et gloria in saecula saeculorum. „

2. Sane vir Dei stupefactus huiuscemodi sermone fugit propere faciem illorum, adiens cellulam, quo placere Deo die noctuque consuebat. Ubi devote exoravit Deum, inquiens: „ Rex regum et „ dominus dominantium, qui super aethereum arcem resides et „ abyssos intueris, audi vocem tui inquilini nihilominus territi, at in „ tua clementia confidentis. Expelle, quaeso, a me lecebras[1] humani „ favoris, necnon duc memet illuc, quo tibi quietus militans aurea „ perpetuae assequar praemia vitae et merear in albo beati

„ Ordinis extremus conscribi in saecula civis. „

Hinc autem remeans plenus lacrimis intravit in refectorium. Ubi accedentes clerici sui flagitaverunt eum ut manducaret et tam maestus non esset. Quod tamen omne despexit, quia magis meditabatur de itinere quam de ipsorum comestione. Etenim cum iam titan ignivomus festinasset ad ima et vesperus induceret astriferas

— [3] *add.* 1 *man. pr. in marg.* — [4] *i. e.* contio, *ut habet* 2. — [5] *ita* 1 *corr. al. man.*, 2 *corr. al. man.;* pristinum 1 *et* 2 *ante corr.* — [6] altum 2. — [7] humeris 1 *post corr.*, 2. — [8] trhonum 1.

2. — [1] illecebras 2.

umbras, coepit cogitare de fuga, accepitque baculum in manu sua et, relicta cathedra suae sedis, iniit eam. Qui abiit per opacam noctem, quatenus ad vastum pervenit fretum. Perambulavit namque litus aequoris eius, et non repperit ullam verbi gratia carinam, unde hoc salum transmearet. Iamque affuit tempus gallicinii; cum pulsatae essent campanae eius monasterii et coadunati essent monachi in oratorio ad laudes Dei agendas, non venit sanctus Dei antistes cum eis, quia super ripam ponti sedebat. Et prosecuti sunt mutuo : " Quid est quod dominus noster sui more non properavit venire ad „ matutinas? „ Suscipiens alius infit : " Forsitan propter hoc, quod „ heri contigit, noluit venire. „ Hunc vero sermonem simul conferentes, coepit aurora spargere polum. Et quidam eorum maturans ad cellulam praefati viri Dei, cognovit ilico seniorem suum iam abisse gregemque suum orbatum reliquisse. Quod ille cum magno luctu renuntiavit reliquis commilitonibus suis. Qui una congregati sunt flentes, lacrimantes, commiserantes, ac simul flebili voce clamaverunt ad Dominum dicentes : " Redde nobis, rex caeli, tesaurum „ scilicet amplum in conticinio noctis ademptum. Heu, heu, quid „ faciemus, quidve dicemus de tanto seniore, vel quomodo vivemus „ sine aminiculatu eius? „ Vixque valebant verba precantia fari, singultu quatiente. Complentes denique gemitum invalidi maeroris direxerunt speculatores ad portum maris. Qui constipantes eos invenerunt eundem in secretario loco orantem et psalteriuum suum concinentem. Quem sumentes retulerunt laetanter in sedem suam. Clerici itaque sui cum summa iocunditate receperunt eum canentes ymnum pulcherrimis versibus editum : *Te Deum laudamus, te Dominum confitemur*, et reliqua. Convenit autem illic innumerosa laicorum hominum plebs, et glorificans regem caeli dixit : " Laudamus te, „ pater sancte, atque benedicimus per saecula exauditorem te sup- „ plicantium tibi, quibus reddidisti tantum pastorem, sub cuius pro- „ tectionem confugimus et a temptatione lividi serpentis liberamur. „ Sit etenim benedictus per omnia saecula saeculorum. Amen. „

3. Venerabilis denique Cillianus magna repletus maestitia et celans sub pio corde omnem cogitationem, finxit diu cum eis morari, quod nullatenus in corde suo dispositum habebat; sed omittere omne decus volebat, praeceptum Domini totis viribus adimplere gestiens, sicut dixit in euuangelio : *Omnis qui reliquerit patrem vel matrem aut*
MATTH. 19, 29. *uxores aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet et vitam aeternam possidebit.* Igitur quadam nocte cum omnes clerici eius quiete dormissent, et neminem eorum vigilare sentisset, surrexit de stratu suo, oransque Deum ait : " Christe Iesu, salus et lux[1] redem-

3. — [1] lus 1 *ante corr.*

„ ptorque mundi, miserere famuli tui iustitia pleni[2] ac libera me ab „ hoc temporali honore, quem odio[3], et permitte mihi adimplere hoc „ quod afecto[4]. „ Exaudivit autem Deus omnipotens orationes eius et vidit lacrimas oculorum eius, mittens angelum suum ut esset dux illi et comes per iter recti callis. Dum vero verba precantia fari cessasset, fixus corda[5] in Domini subsidio coepit rectum tendere callem, donec ad vastum pervenit fretum. Quo exiguum reperiens carabum intravit aequoreas aquas, et remo prospere naviculam regens cum Dei auxilio appulit portum. Linquit ergo ibi navim, lustrans castella per orbem, ubi multa languentium sanavit corpora in nomine Dei, et praedicando verum esse Deum late regnantem inmensa fecit miracula, quae exserere nequimus, magnitudine numerum excedente. Inquisivit namque per orbem coenobia, ubi sanctorum corpora repperit[6] multa, quorum precatus est obnixe auxilia, et eorum precibus promeruit summi Dei gratiam. Denique plurimis diebus optatum carpens iter, tandem Romam pervenit, et urbem ingressus petiit confestim conspicuam domum sancti Petri apostolorum principis ac spopondit illo servitium sempiternum tonanti Deo. Quod etiam, ut devoverat, ibidem per undecim et eo amplius annos adimplere die noctuque sategit. Contigit autem ut illo in tempore antistes apostolicae sedis moriens superas amitteret auras. Quod ubi accidit, ortatus est a Romanis memoratus et saepe memorandus vir Dei Cillianus, quo apicem eius cathedrae acciperet. Quem tamen parvi pendens et eorum petitionem penitus spernens, rediit ad cellulam, ubi servitio Dei intendere solebat. Quo cum pervenisset, sumpsit baculum in manu sua et repetiit semitam optati callis.

4. Peragrans ergo terram vasti orbis pervenit ad Franciam, ubi invenit servum patris sui regis Scotorum, sanctum verbi gratia Fiacrium. Qui ovans hospitio eum recepit, precans secum manere. Respondens igitur sanctus Cillianus dixit : “ Nempe tuis non parebo „ dictis, sed tenebo tramitem recti itineris. „ Et sanctus inquit Fiacrius : “ Precor omnino ut audias me. „ Qui respondens ait : “ Quod iustum est, petito, frater, vel quod videatur honestum. Nam „ stultum est petere quod possit iure negari. „ Suscipiens praefatus incola infit : “ Scio quod propter inertiam meae desidiae displicet „ tibi mecum manere. Ast vocem vernaculi tui audias posco, ac „ munusculum mei praedii a Deo tributum recipias. „ Fecit itaque vir Dei ut ille precatus est, et statim discessit ab eo. Tenens autem rectum iter, donec ingressus est fundum Eulficurtis vocabulo, qui est situs super Axone fluminis ripam. Et iam fatigatus ex itinere inqui-

— [2] plene 2 *corr. al. man.* — [3] odi 2 *corr. al. man.* — [4] affecto 2. — [5] corde 2. — [6] reppulit 1.

sivit nomen et seniorem eius villae atque mansionem illius. Hoc vero scrutatus, subiit domum eius villae senioris; ubi non eum invenit, sed suam mulierem. Sitiens namque multum precatus est bibere. At illa zelo cum superstitione repleta dixit : " Quid quaerunt isti proseliti „ necnon ypocritae? Volunt nos nostraque omnia devorare. „ Et eiecit eum foras. Qui reversus cum ira et indignatione magna stans ad portam palatii clamans caelo dixit : " Domine Deus, qui omnia ex „ nihilo condidisti, intuere dolorem cordis mei atque insolentiam „ huius mulieris, et fac eam cognoscere non esse me, sicut dixit, „ ypocritam, sed tuum fidelissimum servum. „ Expleto autem sermone, extendit manum suam faciens desuper in limine portae signum sanctae crucis ex baculo, quem gestabat in manu, et profectus est e vestigio. Vinum denique, quod reconditum erat in cellario, nutu summi Creatoris, cui omnis obsecundat annus per sua tempora, extemplo amisit vim suae virtutis et dolenter totum in faeces conversum mutavit laetum saporem. Eulfus autem dominus illius mulieris venationem in saltibus exercebat, gestansque secum utrem falerni plenum contigit eum oppido sitire. Quem sumens in manum aestimavit bibere, et vacuum repperit. Qui actutum iter, quo venerat, repetens, venit primo ad fontes aquarum, quos iussu Domini arefactos invenit.

5. Ergo huiuscemodi negotiis valde stupefactus et siti nimium exardescente ad mortem usque paene perductus, coepit velocius suum sonipedem agitare, donec properanter ad portam sui palatii pervenit, torvumque repente clamavit, dicens : " Heu, heu, siti iam „ morior. Succurrite mi[1], ferte praesidium „. Servi autem sui cum tantam comperissent necessitatem, currentes in cellarium arida pro meritis nequam mulieris invenerunt vascula, ubi optimum servabatur vinum. Qui revertentes hoc ita, sicut invenerant, domino suo flebiliter nuntiaverunt. Quod ille audiens et nimiae admirationis metu perculsus, statim perrexit ad promptuarium, et ita verissimum fore, velut servi intimaverant, ilico cognovit. Qua de re supra modum attonitus, ait illis : " Quidnam hoc est, vel quomodo hoc accidit? „ Qui respondentes dixerunt : " Nescimus, domine, sed nostris impu„ tamus contagiis, quia numquam tale repertum audivimus „. At ille inquit : " Dicite mihi, si hodie quis peregrinus vel clericus hic pre„ catus est bibere „. Qui respondentes dixerunt illi : " Utique „. Et ait illis : " Nostis eius vocabulum? „ " Scimus „, inquiunt, " nomen „ eius, quia Cillianus vocatur; sed ignoramus unde venerit aut quo „ proficiscatur „. At ille prosecutus est eis : " Qua parte vidistis eum „ abire? „ Respondentes vero dixerunt : " Viam occidentalis orae

5. — [1] mihi 1 *corr.*; michi 2.

contemplati sumus eum incedere „. At ille, ut hoc auribus auxit[2], scandens mox sonipedem suum cum magno impetu equitavit post eum. Vir quidem Dei fessus membra iacebat sub quadam arbore, quoniam sol in centro caeli fixus erat et per vasta terrarum spatia vehementer flagrabat. Praedictus namque comes cum inspexisset virum Dei latentem sub arbore, cum magna festinatione equo suo desiliens procidit ad pedes eius, et ita eum adorsus est : " Sancte et „ electe Dei Cilliane, quaeso te ut non verearis faciem servi tui, ast „ in tuo confisum suffragio adiuva, ac propriam domum reverte „ atque benedicito eam „. Respondit itaque sanctus Cillianus, dicens: " Faciam quod precaris; sed utinam vultum tuae mulieris numquam „ vidissem „. Reversus est quippe cum praefato comite, et intravit in domum spem vivendi nequaquam habentem, et sese totum in sacras effudit preces, inquiens : " Inclite fili David, miserere nostri et porrige „ dexteram tuae benedictionis super famulos tuos de tua clementia „ confidentes „. Et erigens manum suam benedixit omne palatium. Deus siquidem clemens et misericors admittens devotas preces famuli sui in sacrarium exauditionis suae[3], confestim ad benedictionem eius fontes arefacti priscam receperunt undam, ac vascula, quae prius fuerant[4] evacuata, subito optimo repleta sunt mero, ita ut liquor de eis superabundans per tecti ipsius, quo iacebat, decurreret pavimentum.

6. O inestimabilis pietas Creatoris, qui tam efficaciter preces famuli sui audit et confidentem in nomine suo numquam deserit. Quale gaudium tunc habuit in corde suo, cum sic audiri meruit a Deo; vel cui antiquorum huiusmodi miraculum comparare debemus, nisi amico Dei Moysi, qui populo sitienti per deserta ducto[1] e sicca rupe aquam emanare suis precibus promeruit? Haec enim miracula nostris auribus demonstrata comiti servisque suis fuit occasio aeternae vitae salutis, ut magis in Deum crederent et[2] ad predicationem viri Dei intenderent, et ne lucerna praesertim sanctus Cillianus absconditus lateret sub modio, ast superpositus candelabro melius polleret in domo Dei ad salutem generis humani et diabolica vitanda contagia exemplis vel praedicationibus ad viam eos reduceret veritatis. Denique cum iam vir Dei sensisset suas preces esse in caelo gratissimas, domum ingressus est. Et ecce praedictus comes plenus caritatis affatus est eum huiuscemodi verbis : " O sancte ac venerabilis deicola, „ caremus utique gaudio vitis „. Qui respondens dixit : " Maximam „ quoque habe fidem, per quam subministrabuntur tibi omnia „ commoda „. Et clamavit pincernam, dicens ei : " Perge celeriter

Cf. MATTH. 5, 15.

— [2] hausit 1 *corr. manu recenti*, 2. — [3] (e. s.) ex addictione sua 1. — [4] erant 2.
6. — [1] *ita* 1 *corr. man. pr.*, 2; ducta 1 *ante corr.* — [2] (et - intenderent) *om.* 2.



„ ad promptuarium, et quod ibi inveneris, non differas nobis afferre „. Qui actutum ingressus repperit omnia vascula optimo redundantia mero, quae antea fuerant arefacta. At ille repletus magna animi sui iocunditate miscuit illud seniori suo et satellitibus suis. Qui cum intellexissent hoc meritis sancti Cilliani fuisse actum, benedixerunt Deum et cum summa reverentia venerati sunt eum omni tempore. Eodem namque die post meridiem sedens[3] praefatus comes pompatice in vestibulo domus suae imperavit propinatori holovitreum vas pretiosissimum afferre plenum vini. Quod pincerna ut audivit, sumens illud manibus cucurrit ad torrentem lavare. Et cum ita fecisset, lapsum est ad terram et totum confractum interiit. Erat enim hoc vas, sicut paulo superius praelibatum est, saepefato comiti valde carum. Unde talem de eo statuerat legem, ut si quis ipsum negligendo confringeret, absque ulla retractione statim interficeretur. Qua de re pincerna metu mortis perterritus dereliquit ilico omne officium suum et fugae presidium quantotius arripuit. Magister vero suus videns eum fugientem, dixit illi : “ Quo pergis tam celeriter? „ Qui respondit : “ Fugio a facie domini mei, quia vas mortiferum „ habeo confractum „. Dixitque ei : “ Noli fugere, sed proficiscere ad „ virum Dei, et adiuvabitur tibi[4] „. Qui voluntarie favit salubri consilio ac e vestigio manicavit ad viri Dei ostium, deprecans eum, quatinus furorem senioris sui mitigaret atque reatum ingentis culpae sibi donaret.

7. Beatus ergo Cillianus videns eum ex toto humani iuvaminis egentem, dixit illi : “ Vade et collige cuncta ipsius vasis fracmina, et „ veniens affer ea mihi. „ Quod ita cum fecisset, memoratus et saepe memorandus vir Dei, nil titubans de divino auxilio, totum se expandit in terram, et oravit Deum, dicens : “ Domine Deus caeli et terrae, „ qui liberasti Danihel[1] de lacu leonum et Susannam de falso cri- „ mine et tres pueros de fornace ignis flagrantis, erue hanc effigiem „ tuam de ingenti furore senioris sui atque in statum pristinum hoc „ contritum vas redintegra, ut cognoscat populus hic praesens te „ ubique regnare in saeculorum saecula „. Cum autem hoc perorasset, erexit se a solo, quo decubuerat, coepitque simul adornare holovitrea illius vasis fragmina ordine usque ad summum. Quae Dei omnipotentis nutu invicem se solidaverunt, et sic illud prius confractum in antiquam redintegratum est formam. Remanserat namque solummodo parvum foramen orae eiusdem vasculi ; sed sanctus vir salivam ab ore sumens proposuit inibi. Quae confestim in vitreum[2] conversa sociis haesit fragminibus. Fuit autem hoc tantillum reliquo

— [3] sedes 1 *ante corr.* — [4] adiuvabit te 2 *post corr.*
7. — [1] Danielem 2. — [2] vitrum 2 *post corr.*

vitro clarius, atque in giro tantummodo, ubi cetero vitro cohaeserat, rubicundum. Qui cum cerneret tantum miraculum meritis suis esse gestum, summo Creatori inmensas retulit grates ac illud vas cum omni integritate[3] pincernae[4] revexit. Quod cum vidisset ille, cucurrit ad pedes eius et glorificavit dominum Iesum Christum, qui tantam[5] servis suis dedit potestatem. Supramemoratus itaque vir Dei profectus est in praesentiam comitis, et dixit ei : “ Dona mihi, oro, „ culpam unius servi tui „. Cui respondens inquit : “ Etiam, si pla- „ cuerit, cunctam mei supellectilem dabo tibi „. Qui dixit ei : “ Nolo „ tantum, sed vitam eius viri, qui vas tuum confregit „. Comes equidem turbatus magnopere dixit : “ Quis hoc ausus est frangere „ et vultum meum postea contemplari? Sane hanc legem sub „ iureiurando statui, ut, si quis illud negligendo frangeret, capite „ plecteretur. „ Dixitque servus Dei ad eum : “ Fac hoc pro Dei „ amore, quem credis in caelo residere „. His ergo atque huiuscemodi verbis tandem placatus, respondit dicens : “ Fiat iuxta[6] tuam „ voluntatem; sed si alius implorasset, hoc nullatenus obtinere „ valuisset „. Exinde cum audisset vir Dei blandam illius responsionem, obnixe gavisus monstravit illi vasculum virtute Dei restauratum, dicens : “ Ecce vas tuum „. Quod cum vidisset ille, nimia admiratione stupefactus, procidit ad pedes eius, et benedixit Deum, dicens : “ Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus Cf. *Psalm.* 71, 18.
„ et qui tanta atque talia in sancto Cilliano peragit miracula. „

8. Comes certe his atque aliis caelestium virtutum facie congratulatus, mancipavit semetipsum servo Dei et omnem villam, ubi id factum est miraculum. Sed mulier, quae prius prohibuit viro Dei potum, non permisit partem suam tradere, quoniam pessimis exagitata furiis eidem graviter erat infesta. Ex eo autem per multa tempora moratus est in eodem loco apud illum; ubi quam plurimos miserabiliter desipientes atque idolatriam proprii erroris sectantes per praedicationem euuangelici dogmatis necnon bonorum operum exhibitionem ad viam reduxit veritatis. Nempe omnia insignia, quae in sanctorum gestis legimus, in huius quoque moribus repperire quimus. Fuit enim sapientia pervigil, lenitate placabilis, caritatis plenus, castitate[1] purissimus, et velut eximius[2] magnusque praedicator, quod sermone praedicabat, operibus demonstrabat. Bonos quoque seu malos aequanimiter tollerabat. Horum favorem non requirebat, illorum vituperationem non pertimescebat, quoniam eum nec blanda erigere nec adversa noverant inclinare. Saepefatus vero comes quendam habebat filium ex utero matris suae debilem;

— [3] integrita 1. — [4] pincerna 1, 2. — [5] tanta 2. — [6] iusta 1 *ante corr.*
8. — [1] castite 1. — [2] *post* eximius *vox erasa est in* 1.

et ad virum Dei accedens, supplicavit illi, quo[3] ipsum miserum[4] baptizaret. Quod et ita peregit, sicut precatus est ab illo; ac postea vir Dei sive claudus simul in una manserunt domo. Quadam autem die placuit comiti invisere patrimonia sua, veniensque ad virum Dei in oratorium, dixit: " Exposco te ut equites mecum per mea praedia, „ et explorabis quo habitare volueris. „ Qui respondens dixit : " Pro- „ ficiscere viam tuam, et ego et filius meus adoptivus lento gradu „ sequemur te „. Qui proficiscentes pervenerunt usque ad fundum, qui Albiniacus vocatur (1), estque situs super satis ripam fluminis[5] (2). Et cum iam haut longe essent ab illo, dixit adoptivo suo, qui cum eo properabat : " Praestolare parumper me, quoniam mul- „ tum ex itinere fatigatus sum et sitio valde. Unde, fili, curre velo- „ citer ad fluvium, qui non longe[6] nobis, et affer mihi ad biben- „ dum „. Qui respondens dixit : " Quomodo, mi pater carissime, cum „ sim pedibus debilis, currere quibo? „ Et inquit ei : " Noli timere, „ sed firmiter confisus de Dei clementia surge, necnon festina mihi „ potum afferre „. Et cum hoc dixisset, arripuit umerum eius aegri et conatus est eum erigere. Quod cum ita fecisset, imperio Domini medentis subito claudus ille sanitati redditus erexit se et stans super pedes suos rectus voce magna clamavit, inquiens : " Adiuva me, „ pater Eulfe, quia iam morior „. Pater vero suus erat iam villam ingressus; et audiens tam altam vocem filii sui, non tamen recognoscens[7] cuius ex duobus esset, dixit servis suis : " Succurrite viro „ Dei in exitio clamanti, quoniam necesse est illi „. Illuc denique gregatim currentes, praecucurrit citius comes et primus vidit miraculum Dei. Iam etenim regressus de fonte ille, qui ante contractus fuerat, sancto Cilliano astabat incolumis et tenebat quoddam vasculum plenum aquae in manu sua. Quam rem cum vidisset comes Eulfus, procidit ad pedes viri Dei et glorificavit Deum, qui in sanctis suis gloriosus estat[8]. Hoc in loco succedenti aevo a religiosis viris fabricata est ecclesia in testimonium huius miraculi, in qua christiana plebs hactenus officio famulatur divino.

9. Praedictus igitur comes repletus magna animi iocundidate tradidit villam beato Cilliano cum omnibus servis. Inde vero pedem referens ingressus est fundum sibi traditum, ubi repperit oratorium sancti Suplicii[1], et inibi usque ad exitum sui servitium Dei omnipo-

— [3] quod 2. — [4] *om.* 2. — [5] *add. al. man. in* 1. — [6] est *add. in* 2 *a corr.* — [7] recognocentes 1 *ante corr.* — [8] extat 2 *post corr.*

9. — [1] Sulpicii 2.

(1) Aubigny, dép. Pas-de-Calais. — (2) Albiniacus in ripa Scarpi fluminis situs est, cui aliud nomen nullum fuit. Unde illud *satis* librariorum mendo vitiatum est, vel aliquod verbum excidit.

tentis adimplevit. Hic autem plurimum tempus pariter exegerunt et pari religionis affectu Deo militare studuerunt. Post multum vero temporis memoratus comes migravit ab aevo istius saeculi, commendans viro Dei animam suam cum omni substantia praeter partem mulieris, quae oppido invidebat illius felicitati, ac sepultus est reverenter in sancti Suplicii[2] basilica. Sanctus itaque Cillianus illis diebus audiens praecipuam religionem sancti Vedasti florere et omnium decore virtutum adornatum optime pastoralem curam Atrabatto[3] gerere, accepit baculum manu sua ac properavit illum videre. Quo cum pervenisset, vidit eum sanctus Vedastus et honorifice recepit. Mansit autem ibi cum eo nonnullis diebus et divino cultui certatim operam dederunt. Firmantes enim inter se optimae amicitiae conventionem, remeavit sanctus Cillianus ad propria, ubi aedificavit templum in honore sancti Briccii[4] iusta[5] iam dictum oratorium, in quo praefati comitis corpus humatum est. Quadam vero die servi sui aedificio templi construendi non mediocriter insistentes accesserunt in praesentiam sui, dicentes : “ Domine, aquam de vicino torrente nequimus bibere, quoniam, sole plus solito radios sui aestus spargente, tota prope a calore illius fervet. „ Quod cum audisset, conversus ad Dominum, dixit : “ Da mihi, Domine, largitor omnium, gelidam aquam, ut bibat populus iste servitio tuo insudans. „ Hoc cum dixisset, fixit in terram baculum, quem manu ferebat, et continuo ex eodem loco fons aquae largissime egressus est. Cum hoc intuerentur operarii sui, glorificaverunt Deum et usque ad satietatem biberunt. Meritis igitur et sanctitatibus beati et venerabilis viri, divina operante clementia, multa alia ostensa sunt signa, quae non stilo dictante extant in huius voluminis ordine glomerata, quoniam nullus repperiretur finis in tanto opere, si omnia numerando, non dicam scribendo, conemur, praesertim cum vita eius optima et venerabilis superius sit[6] affata, et merita eius beatitudinis licet tenuissimo relatu ordinabiliter censenda. Ipse autem, uti devoverat, in loco exercitionis suae opere accepto sategit famulatu digno constanter militare omnipotenti Deo. Iam etenim complens tempus felicis vitae et desiderans sumere promissam coronam, dicente euangelio : *Dignus est* Luc. 10, 7.
operarius mercede sua, deseruit greges sibi depositos, quos supernae conversationis sceptro solidavit, sicut superius frequens grafii officium auditoribus enucleavit, refutans aerumnas Egipti, petiit superni gaudia poli, ubi cum sanctorum agmine laetatur perhenni iocunditate. Corpus autem eius in basilicae medio predictae humatum est, in quo continuo divinus redditur cultus, et cuius annalis festivitas

— [2] Sulpicii 2. — [3] Atrebato 2. — [4] Brictii 2. — [5] iuxta 2. — [6] assit 1 *ante corr.*; sit 2 *sup. ras.*

celebratur idus novembris a fidelibus[7] perhennem Deo soli famulatum reddentibus, cui sit honor et gloria per infinita seculorum secula. Amen[8].

— [7] (id. n. a f.) a f. id. n. 2 *sup. ras. al. man.* — [8] Explicit vita sancti Killiani confessoris *add.* 2.

VI. De tribus sollemnitatibus S. Iacobi Maioris apostoli.

In codice Duacensi 842[3] *libellus Pseudo-Callisti II papae de miraculis S. Iacobi ita compositus est, ut post epistulam, qua capitulum primum efficitur, inserta sit tamquam capitulum II altera epistula spuria eiusdem Callisti* (BHL. *4062a + 4063*), *tum tamquam capitula III et IV narratio de translatione S. Iacobi* (BHL. *4067*) *cum epistula spuria Leonis papae* (BHL. *4061*), *demum tamquam capitulum V brevis sermo de tribus sollemnitatibus S. Iacobi; post quem venit, tamquam capitula VI-XXX, ipse liber miraculorum cum praemisso prologo.*

Iamvero cum capitulum illud V, quod a Callisto II etiam scriptum fingitur (1), *quodque nuspiam editum repperimus, typis mandare statuissemus, occasione oblata, cum laudato codice Duacensi 842* (= **1**) *contulimus codices tres, in quibus libellum de miraculis S. Iacobi iisdem prorsus partibus constantem repperimus, codices nempe Rotomagenses 0.34, saec. XII* (= **2**), *Y. 198, saec. XII/XIII* (= **3**) *et U. 134, saec. XIII* (= **4**).

1[1]. Beatus Lucas evangelista in Actibus apostolorum ostendit beatum Petrum apostolum diebus azymorum ab Herode in[2] carcere *Act.* 12, 3. fuisse retrusum, ubi dicit : *Erant autem dies azymorum* et cetera, et beatum Iacobum ante pascha ab eodem Herode fuisse occisum, Cf. *Act.* 11, 28. scilicet tempore famis, quae praenuntiata fuit per Agabum prophetam et facta sub Claudio imperatore romano exstitit. Sic enim[3] ait : *Act.* 12, 1. 2. *Eodem*[4] *tempore misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de ecclesia; occidit autem Iacobum fratrem Iohannis gladio.* Tempus itaque[5] passionis[6] beati[7] Iacobi ostendit et etiam personas temporis, sed certum diem tacuit[8]. Quae scilicet dies cum per multa tempora

1. — [1] *Lemma in* 4 : De tribus sollempnitatibus S. Iacobi apostoli. — [2] *om.* 2, 3, 4. — [3] autem 3. — [4] autem *add.* 3. — [5] *om.* 2, 3, 4. — [6] eius *add.* 2, 3, 4. — [7] scilicet *add.* 2, 3, 4. — [8] tacebat 2, 3, 4.

(1) Cf. infra, p. 446, lin. 21 et 24-25.

olim cunctis esset ignota, tandem cuidam fideli mihi noto spiritali visione ostensa est. Videbatur enim illi in nocte, quae est in vigilia annuntiationis Domini[9] et beatae Mariae semper virginis quod, dum beatus Iacobus ad concilium Herodis iudicandus[10] in quandam aulam duceretur, facta est altercatio magna in populo Iudaeorum et gentilium, dicentibus aliis quia pius apostolus non debet occidi, aliis e contra dicentibus quia debet. Demum ab Herode iniusto iudicio iudicatus, ad passionis locum per manus nefandorum herodianorum, collo etiam vinculis alligatus, extra urbem ducitur et decollatur. Statimque inclitus quidam, qui quasi praelatus erat, lacrimabiliter ac dulciter illum plangendo, de eo ad plebem in aula regia sic loquitur, dicens : " Circa tertiam est iudicatus et circa nonam, ut Christus, est „ passus. „ Tali scilicet die et hora, qua magister, passus est et discipulus. Alii ibant ad negotium suum vel ad opus faciendum; ipse autem ibat ad dignum opus suum, id est ad promerendam martyrii coronam. Alii ibant ad comedendum et potandum; ipse ibat ad accipiendum beatum cibum et potum passionis[11] illi a Domino sic promissum : *Calicem quidem meum bibetis.* MATTH. 20, 23.

2. Sed beatus Iheronimus eius passionem VIII° kal. augusti celebrandam prius in martyrologio suo apud[1] sanctos episcopos Chromatium et Elyodorum scripsit. Deinde beatus Alexander papa (1) eodem die celebrari[2] illam praecepit, quando vincula sancti Petri prima die kalendarum augusti colere instituit. Quo scilicet die, ut in historiis scribitur romanis, eiusdem Petri cathenas ab Eudoxia imperatrice a Iherosolimis Romam longe ante delatas in sacrario beati Petri aqua benedicta et oleo sancto lotas, ipse[3] papa recondidit, et sollemnitatem, quam[4] eodem die gentiles antea sub Augusti Caesaris honore, pro eo quod ipse Caesar Antonium et Cleopatram a serpente lactatam antea in kalendis sextilibus, prima scilicet die augusti, devicerat, excolebant, versa vice sub beati Petri veneratione colere praecepit. Item consimili die filia cuiusdam Quirini principis Romani consilio praefati papae ab eodem Quirino in carcere retrusi, beati Petri compedes osculata est et ab ingenti aegritudine, qua tenebatur, evasit, et

— [9] dominicae 2, 3, 4. — [10] iudicatus 2, 3, 4. — [11] per quem mereretur accipere vitae aeternae indeficientem potum ante *add.* 2, 3, 4.

2. — [1] quod ad 2, 3, 4. — [2] celebrare 2, 3, 4. — [3] *erasum in* 1. — [4] sollempnitates quas 2, 3, 4.

(1) Non lubet immorari in notandis falsarii nostri, utpote minime antiqui, sententiis vel falsis vel temerariis. Qui cum in congerendis permixtimque componendis legendis hagiographicis ita incautus aut inscius fuerit, ut Alexandrum I papam post Eudoxiae imperatricis tempora vixisse scripserit, ipse sibi omnem auctoritatem primus derogavit.



beatus papa, satisfaciente sibi eodem Quirino, a carcere recessit. Deinde beatus Beda sanctae ecclesiae luculentus doctor praefato die beati Iacobi passionem debere coli corroboravit in martyrologio suo scribens atque dicens :

Iulius in quadris bis gaudet[5] *ferre kalendis*
Iacobum fratremque Iohannis more colendum.

Itaque viii° kal. aprilis patitur, et viii° kal.[6] augusti ab Hyberia[7] usque ad Compostellam fertur[8], et iii kal. iani sepulturae traditur. Materia enim et opus sepulturae eius ab augusto mense usque ad ianum ad faciendum perduravit. Merito ergo sancta Ecclesia sollemnia passionis beati Iacobi et vincula sancti Petri praefatis diebus celebrare consuevit, quia, si circa pascha eadem sollemnia celebraret, institutum officium aut paschale aut quadragesimale illius diei[9], scilicet qua eadem sollemnia evenirent, indigne dimitteret. Multotiens enim[10] beatae Mariae virginis annuntiatio, quae viii° kal. aprilis excolitur[11], vel[12] inter ramos palmarum et pascha vel in ebdomada resurrectionis evenit, et nullatenus suo loco[13] celebrari potest[14]. Festum vero[15] miraculorum sancti Iacobi, quod quinto die nonarum octobris colitur, in quo[16] hominem, qui seipsum ammonente diabolo occiderat, beatus Apostolus suscitavit, ceteraque miracula fecit, beatus Anselmus prius colere praecepit (1). Et nos idem affirmamus.

3. Fertur quod translationis beati Iacobi celebritatem[1] iii° die kalendarum iani inclitus imperator hispanus Adefonsus[2], bona memoria dignus, celebrare inter Galetias[3] instituit, priusquam nostra auctoritate corroboraretur. Non minus translationis sollemnitatem quam passionis credebat esse[4], quia in ea eius alumni diu[5] corporale solatium ipsius habuerant[6], plebs Galetiana gaudens celebrandam[7] suscepit. In hac quidem celebritate rex venerabilis sub veneratione duodecim apostolorum duodecim marcas argenteas totidemque talenta aurea super apostolicum altare venerandum ex more ad missam offerre, ac insuper stipendaria dona et gratiosa praemia militibus suis praebere, eosque vestibus sericis et palliis vestire; scutigeros vero[8] militari habitu ordinare, novos milites praeparare cunctosque advenientes tam notos quam ignotos diversis ferculis

— [5] gaudes 4. — [6] *om.* 1. — [7] Hyria 2, 3, 4 *ante corr.* — [8] *om.* 2; transportatur 3. — [9] die 4. — [10] *om.* 2, 3, 4. — [11] excoli debet 2, 3, 4. — [12] ut 2, 3, 4. — [13] (s. l.) plenarie 2, 3, 4. — [14] potuit 2, 3, 4. — [15] *om.* 2, 3, 4. — [16] (in quo) qualiter 2, 3, 4.

3. — [1] sollempnitatem 2, 3, 4. — [2] Adefunsus 2, 4; Adelfonsus 3. — [3] Galetios 2, 3, 4. — [4] celebrem *add.* 2, 3, 4. — [5] *locus corruptus;* dñi 2, 3, diū 4. — [6] (i. h.) *om.* 2, 3, 4. — [7] *om.* 2, 3, 4. — [8] *om.* 2, 3, 4.

(1) Cf. *Act. SS.*, Iul. t. VI, p. 56, n. 237 et annot. *d.*

pascere; nulli etiam pauperi curiae suae ianuas claudere; sed praecones, ut omnes tubarum sonitu ad prandia vocarent, instituit, et omnibus optati [9] festi honorem solebat ammonere. Hic vero indumentis regalibus indutus, agminibus militum et distinctis ordinibus heroum ac comitum undique circumfultus circa beati Iacobi basilicam in processione festiva [10] more regali hac die incedebat. Mirabile sceptrum argenteum imperii hispani, quem rex venerabilis manibus gestabat, floribus aureis operibusque diversis cunctisque lapidibus preciosis insculptum effulgebat. Diadema aureum, quo rex potentissimus ad apostolicum decus laureatus erat, esmaldineis [11] floribus nigellinisque operibus et omnibus pretiosis lapidibus, pecudum volucrumque lucidissimis imaginibus decoratum erat. Framea bis acuta, quae coram rege [12] ferebatur, aureis floribus et lucidissimis litteris pomo aureo et cruce [13] argentea nudificabatur [14]. Coram illo antistes iacobita infulis episcopalibus indutus, mitra candida tectus, caligis deauratis calciatus, anulo aureo ornatus, albis cyrotecis indutus eburneaque virga pontificali decoratus, coepiscopis suis circumsaeptus [15] decenter praeibat. Clerus vero, qui ante illum incedebat, venerabilibus ornatibus decoratus erat. Cappae enim palleae, quibus sexaginta duo canonici iacobitae induebantur, pretiosis lapidibus nodulisque argenteis floribusque aureis fimbriis optimis ante et deorsum in gyro mirabili modo operiebantur [16]. Alii sericis tegebantur dalmaticis, quae fasciis aurifriziis [17] ab humeris usque deorsum mirabili pulchritudine decorabantur. Alii insuper collariis aureis, omni genere lapidum preciosorum insculptis, tegebantur, bosisque aureis, mitris optimis, sandaliis aptis, zonis aureis, stolis aurifriziis [17], manipulis, gemmis [18] decenter ornabantur. Quid plura? Omni genere lapidum pretiosorum et omni felicitate aurea et argentea modo inaestimabili decorabantur chori cleri [19]. Alii candelabra, alii thuribula argentea, alii cruces deauratas, alii textus deauratos [20] et [21] omni lapidum pretiosorum genere insculptos [22], alii capsulas plurimorum sanctorum reliquiis plenas, alii philacteria, alii virgas aureas vel eburneas [23] cantoribus aptas, quarum summitatem onix aut berillus aut saphirus aut carbunculus aut smaragdus aut ceteri pretiosi lapides decorabant, manibus feliciter gestabant. Alii duas mensas argenteas in superficie deauratas super plaustra argentea sitas, quibus superponebantur plebis devotae cerei ardentes, ducebant. Hos sequebantur populi devoti, heroes scilicet, satrapae, optimates, nobiles, comites [24] dome-

— [9] (i. et o. o.) ob tanti 2, 3, 4. — [10] festivo 2, 3, 4, — [11] esmaldinis 2, 3, 4. — [12] nudata *add.* 2, 3, 4. — [13] luce 2 *ante corr.* — [14] nidificabatur 2, 3, 4. — [15] circumfultus 2, 3, 4. — [16] operabantur 2, 3, 4. — [17] aurifrisiis 2, 3, 4. — [18] ornatis *add.* 2, 3, 4. — [19] cl. ch. 2, 3, 4. — [20] texta aurea 2, 3, 4. — [21] *om.* 2, 3, 4. — [22] insculpta 2, 3, 4. — [23] eburneis 2 *ante corr.* — [24] et *add.* 2, 3, 4.

stici ac barbari festivis indumentis induti. Mulierum etiam [25] venerabilium chori, qui illos sequebantur cum summa devotione et sobrietatis pudore [26], ad honorem et reverentiam tantae sollemnitatis pretiosissimis gemmis, diversorum indumentorum mutatoriis mira varietate decoratis tegebantur et decorabantur.

— [25] *om.* 2, 3, 4. — [26] sobrietate pudore 2, 3, 4.

VII. Miracula S. Rictrudis.

Libris duobus de vita et miraculis S. Rictrudis, quos e codice Marchianensi, quem nondum repperimus, ediderunt maiores nostri (= BHL. *7252*), *simile valde est opusculum aliud, duobus etiam libris distinctum, quod in codice olim Marchianensi, iam Duacensi* $846^{20.21}$, *saeculo XII descriptum est, ita tamen ut, quibusdam non solum sententiis sed et integris capitulis additis, quibusdam omissis, quibusdam loco mutatis, veluti altera quaedam eiusdem libelli editio facta esse videatur. Utra autem editio sit antiquior, esset forsitan cur dubitaremus, nisi singulis locis ea scripsisset uterque auctor, quae recensionem olim editam nuper inventae aliquot annis praecessisse ostendant. Et libros quidem* BHL. *7252, ut non ante annum 1164 scripti sunt, cum de rebus hoc anno gestis quaedam referant* (*lib. II, n. 72*), *ita non post annum 1166 absolutos esse constat, cum Goswinum abbatem Aquicinctinum* (*† 1166*) *his verbis laudent* (*lib. II, n. 49*)*:* Domnus vero Gosuinus, Aquiscinctensis ecclesiae abbas, qui adhuc superest, vir religiosus et provectae aetatis, inexorabilis corporis sui castigator, quem laudare <praetermitto>, quia laudari non appetit...; *unde colligere est, ut recte collegit Papebrochius* (Act. SS., *Mai t. III, p. 80, n. 4*) *ultima capitula* (*lib. II, n. 78-85 vel saltem n. 78-82*), *in quibus de miraculo anno 1168 patrato sermo est, postea addita esse. Iamvero quando recensio Duacensis* $846^{20.21}$ *exarata est, diem obierat supremum Goswinus abbas Aquicinctinus, supererat autem in vivis successor ipsius Alexander, de quo ita huius recensionis auctor* (*cf. infra, p. 460, ad n. 72*)*:* Alexander tunc prior, nunc abbas ecclesiae Aquicinensis... *Cum autem Alexander anno 1174 obierit, cumque in recensione cod.* $846^{20.21}$ *legantur et capitula illa, quae non ante annum 1168 recensioni* BHL. *7252 addita diximus, iam artioribus terminis definire licet quo tempore utraque recensio prodierit, prior nempe inter annos 1164-1166, altera vero inter annos 1168-1174. Porro utramque ab uno eodemque monacho Marchianensi conscriptam esse, libenter crediderim; in praefatione enim quae poste-*

riori editioni praefixa est (1), *testatur auctor se velle* scribere quae per beatam Rictrudem superna gratia... maxime in diebus nostris dignata est operari, quae sparsim in libris scripta repperimus, vel in cartulis, aut certe probatissimorum virorum, qui adhuc supersunt, relatione didicimus, vel quae nos ipsi vidimus et audivimus... *Ad opus autem ideo se accinxit auctor, quia illud ipsi* domnus abbas Marcianensis coenobii et fratres iniunxerunt. *Iamvero cum tam multa ex prima editione in hac altera ad verbum exscripta sint, cum tam pauca in eadem altera addita sint, aegre mihi persuaserim Marchianensis abbatiae incolam, si libellum paucissimo ante tempore ab altero sui monasterii monacho compositum expilasset et suum fecisset, ad abbatem et ceteros confratres Marchianenses ita scripturum fuisse.*

Sive vero idem monachus utramque editionem paravit, sive alter prioris opusculum retractavit, certe alter ille res saeculi XII, quae in hoc libello narrantur, bene novit, ideoque non pauca ex illis quae ipse priori editioni addidit, — puta mirum illud iter Anglicum monachorum Marchianensium (infra, p. 456), vel nomina eorum de quibus, non tradito nomine, in priore editione quaedam narrabantur, — ab ipso tamquam teste optimo, accipiemus.

Restat porro, quoniam plurimis in locis ad verbum convenit utraque editio, ut quaecumque in hac altera addita vel mutata sunt, ex codice Duacensi 846 exscribamus; addemus etiam eas varias lectiones, quas recensere operae pretium duximus.

Incipit prologus in miraculis sanctae Rictrudis. . 136.

Gloriosos sanctorum actus praeconiis devotis attollere et scriptis ad posterorum notitiam tradere semper fuit operae pretium, quia ille in gloria eorum laudatur, qui in sanctis suis mirabilis, propheta atte- *Psalm.* 67,36.
stante, praedicatur. Igitur non freti sollertis ope ingenii, sed Spiritus sancti gratia confidentes nos posse iuvari, scribere aliqua proposuimus quae per beatam Rictrudem superna gratia ad laudem sui et ostensionem fidelis suae famulae maxime in diebus nostris dignata est operari; quae sparsim in libris scripta repperimus, vel in cartulis, aut certe probatissimorum virorum, qui adhuc supersunt, relatione didicimus, vel quae nos ipsi vidimus et audivimus. Scripsit praeterea vitam

(1) Quamvis fieri utique potuerit ut praefatio simul cum prima editione opusculi conscripta sit, in exemplari autem, quo usi sunt maiores nostri, nescio quam ob causam sit omissa atque ideo in *Actis SS.* non compareat, nihilominus ipsam alteri demum editioni accessisse inde colligo, quod aliqua huius praefationis sententia (*tamen pro miraculo haberi potest...*, infra, p. 450, lin. 24) iam in priore editione legebatur, verum alio in loco, nempe sub initium prologi ad librum II (*Act. SS.*, Mai t. III, p. 98, n. 1, lin. 5), qui prologus in editionem alteram non transiit.

eius satis eleganti stilo domnus Hucbaldus iustus et sapiens vir anno f. 136v. nongentesimo septimo Verbi incarnati. | Utile igitur nobis visum est ut de praefati iusti narratione aliqua decerpentes huic opusculo nostro *Isai.* 26, 7. praeponamus, quia semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum. Nos vero non nostra auctoritate, quae nulla est, haec scribimus, sed domnus abbas Marcianensis coenobii et fratres iniunxerunt nobis hoc opus. Rogaverunt etiam hoc et aliae non spernendae personae. Et quia absurdum est, ut aestimamus, quod religiosi viri praecipiunt, declinare, adiuti orationibus et meritis tantae matronae, licet inculto sermone, summatim breviterque describemus. Obsecramus autem eos qui haec legerint vel audierint, ne tantae sanctitatem matris, nostra non solum facundia sed etiam cogitatione longe maiorem, ex ista scriptura metiantur, et maxime ne putent nos ultra quam sua postulant merita nostris eam sermonibus efferre potuisse. Ergo, inspirante divina potentia, cui beata Rictrudis placere studuit in saeculo, cum quo regnaret post saeculum, non polito sed humili incipiamus sermone describere ac de multis, quae post transitum gesserit, pauca complecti. Igitur in fine prooemii oramus te, o lector, ne sit tibi onerosum si aliqua de huius ecclesiae constructione vel destructione sive reaedificatione interposuerimus, vel a quibus personis constructa vel destructa seu reaedificata sit, insinuaverimus, quoniam hoc dignum duximus transmittere posteris nostris, ut dicant *Psalm.* 89, 15. illud cum propheta David : *Laetati sumus pro diebus quibus nos humiliasti.* Et quamvis huiusmodi narratio ad vitam vel miracula huius sanctae minus pertinere videatur, tamen pro miraculo haberi potest (1) et ad laudem beatae Rictrudis referendum est quod tam brevi ipsa ecclesia in melius sit mutata et omnia de novo sint instaurata. Nunc igitur, auxiliante Deo, incipiamus ordinem narrationis.

Explicit prologus. Incipiunt capitula.

[*Sequuntur capitula, fol. 136-137.*]

f. 137v. **Incipiunt miracula sanctae Rictrudis.**

[LIBER I.]

Imperatoribus Romanis Eraclio filiisque eius Eraclona et Constantino, et Francis Clothario, Dagoberto, Clodoveo filiisque eius, beata Rictrudis in Galliis ex regali orta prosapia claruit. Nomina quoque Romanorum pontificum, qui sub ea tempestate catholicae praefuerunt ecclesiae, ad notitiam legentium dignum duximus scribere. Horum primus Deusdedit, secundus Bonefacius, tertius Honorius, quartus

(1) Cf. *Act. SS.*, Mai t. III, p. 98, n. 1, lin. 5.

Severinus, quintus Iohannes, sextus Theodorus, septimus Martinus, octavus Eugenius, nonus Vitalianus, decimus Adeodatus, undecimus Donus, duodecimus Agatho, tertius decimus Leo, quartus decimus Benedictus, quintus decimus Iohannes, sextus decimus Conon, septimus decimus Sergius. Igitur beatae Rictrudi Hernoldus cognomento nobilis pater extitit et Lichia mater, ambo satis nobiles et christianae religionis cultores. Educata est autem in Wasconia, quae est provincia Galliae, satis deliciose. Sed *etc. ut* BHL. *7252, n.* **1**..... postulasset. Erant tunc temporis tres clarissimi fratres, Erchenaldus scilicet maior domus atque Francorum patricius, Adalbaldus dux et comes Sigefridus, consanguinei supra dicti regis Dagoberti, viri prudentes et magnae gratiae apud Deum et homines. Ex quibus Erchenaldus ad aedificandas *etc. ut* BHL. *7252, n. 1*... successione obvenit. Huius frater Adalbaldus pro *etc. ut ibid*.... revertitur.

BHL. *7252, n.* **2, 3, 4.**

BHL. *7252, n.* **5**... valde idoneum. Qui tunc temporis adeo infructuosus erat et horribilis, ut heremi solitudinem non desideraret, f. 139v. aquis et nemoribus caenosa quoque palude circumdatus. A filiis huius saeculi locus ille minime frequentabatur, quibus solitudo carcer et urbs paradisus est. Religiosi tamen viri, qui, adiutrice gratia, carnem spiritui subdiderant, ut secretius orationi vacarent, illuc quandoque venire consueverant. Maxime autem duo venerandi pontifices, beatus scilicet Amandus Treiectensium episcopus, alter vero sanctus Autbertus non impar meritis, qui Cameracensium regebat ecclesiam, locum illum venerabantur et frequentabant. Verum ab altero[1] istorum fabrica Marceniensis monasterii consummata, sicut devote condixerant, VI kal. novembris ab his duobus viris venerabilibus in honorem beatorum apostolorum Petri et Pauli sollemniter dedicata est. Prius autem quam haec fortis mulier illuc ingrederetur, ad se supra dictos pontifices evocavit, et coram eis praedia multa cum suis redditibus et universis quae possidebat in saeculo iure perpetuo eidem ecclesiae possidenda liberaliter et cum summa devotione largita est. Partem tamen aliquam filio suo Mauronto reservavit, et de suis, quae monasterio contulerat, accito notario, legitimum et posteris non mediocriter profuturum tamquam matrona sapiens conscribi fecit testamentum. Timebat enim, quod in praesentiarum cernitur, ne per saecularium insatiabilem cupiditatem monasterium illud multa quae sui iuris erant amitteret, si posteritas antiquitatis iura nesciret. Frequenter namque terrena potestas et curiositas otiosa de praediis et redditibus ecclesiarum earumque appenditiis inquirere solet, quo iure aut qua largitoris auctoritate haec vel illa suis posses-

[1] alto *ante corr.*

sionibus adiungere non erubescant. Quod si ad exterminandas contentiones saepius obortas nec scripto ex antiqua traditione nec antiquorum patrum testimonio sibi viderint posse responderi, ut obtineant quod perniciose ambiunt, iudiciariam interpellant potestatem. Et quoniam iudex corruptus libenter calumniatori patrocinatur, quidam pro talibus ingemiscens ait :

" Non deest prolato qui falsum iudicet auro. "

Iudicis ergo favorem non modico aere mercati, donec supplantaverint, non quiescunt; nisi aliena sua fecerint, parum est eis quicquid sui iuris esse noverunt. Licet fundos habeant largissimos et in pluribus provinciis diffusos atque dilatatos, cupiditatis tamen vitio illecti in causam ducunt eos quibus ad resistendum vires deesse cognoverunt. Huiusmodi inquisitoribus de aliena possessione simplicibus seu fraudulentis post mortem suam beata Rictrudis | respondendum esse sapienter praevidit. Unde coram pontificibus supradictis, viris quoque nobilibus et fideli populo, terrae subsidia temporalia Marceniensi monasterio ad sustentandos fratres Deo ibi servientes contulit. Quod ad notitiam posterorum litteris commendans atque confirmans iuxta assensum Clodovei regis Francorum, filii Dagoberti primi et Baltildis reginae (1), assentientibus quoque clero et palatinis proceribus, bonum opus, quod coeperat, totum laudabiliter consummavit. Tunc denique ea humiliter postulante, illi duo reverendi pontifices sub horrendo anathemate interdixerunt ut de beneficiis in praesentiarum Marceniensi ecclesiae collatis vel futuro tempore conferendis nemo quippiam auferre seu quolibet modo imminuere praesumeret. Omnibus igitur, quae sui iuris extiterant, tam prudenter ordinatis, Marcianas veniens intrandi aditum sic divinitus sibi concessum dubitare non debuit. Ex quo igitur beata Rictrudis, relicto saeculo, monasterium ingressa est, ita spiritu consilii per Domini gratiam claruit, ut indigentes consilio mirifice confortaret. Ut hoc igitur demonstretur, istud exemplum subiungimus.

f. 140.

Beata Berta filia Rigoberti comitis, quae fuerat coniunx Sigefridi comitis, fratris Adalbaldi ducis, mariti, ut supra diximus, sanctae Rictrudis, post excessum viri sui divinitus admonita (2) ad omnipotentis Dei servitium se contulit. Pretiosissimos igitur apparatus deposuit ac sacro se sanctimonialis habitus velamine velare non distulit. Haec igitur sagaci animo cogitare coepit qualiter in sua possessione potuisset construere ecclesiam in honore domini nostri Iesu Christi eiusque sanctae Genitricis. Tunc unam ecclesiam construere coepit et ibidem

(1) Immo Nantildis reginae. Baltildis vero uxor fuit Chlodovei II. — (2) Quae abhinc sequuntur, ex Vita S. Berthae (*BHL*. 1266), n. 7 et 8, desumpta sunt.

aliquam sanctimonialium congregationem ad Dei laudem aggregavit; quae, antequam perficeretur, funditus corruit. Quae nimium contristata in alio loco aliam sub omni festinatione reparare non distulit et ad perfectionem usque perduxit, excepto officio consecrationis. De cuius quoque ruina metuens ad quandam[1] propriam suam villam, nomine Chirei, quae triginta milibus a suo monasterio, a Marcianensi autem septem milibus distare videtur, ad beatam Rictrudem suam familiarem amicam de hac re consilium acceptura venit. Cum autem de praefata ecclesia aliquam inter se haberent confabulationem, contigit maxima ruina praedictam corruisse ecclesiam et sonitus illius ruinae ad aures cordis beatae Bertae pervenisse. Illa vero, hoc audito sonitu, nimium expavit et toto corpore tremere coepit. Quam beatissima Rictrudis ilico sollicita inquisivit, dicens : " Quid habes, „ domina, quia tam | subito pavore tota concussa es? „ Illa respon- f. 140v. dens dixit: " Ingens sonitus ad cordis mei aures ita pervenit, ac si pro- „ pius starem ubi mea modo ecclesia corruit. „ Dum coeptae inter se finem imposuissent collocutioni et utraque ad sua debuisset remeare loca, nuntius celerrimo ad eas pervenit cursu, eis certissime denuntians praefati monasterii ruinam. Deinde beata Rictrudis sapienti usa consilio more solito coepit piissimam Bertam consolari, dicens : " Spero, soror, alium locum elegisse Dominum ad aedificandum sibi „ aptum oratorium. Ideoque debemus illius vigilanter obsecrare mise- „ ricordiam orationibus ac ieiuniis, ut ipse illum sua gratuita clemen- „ tia dignetur demonstrare locum ubi ad suum famulatum oportu- „ num voluerit construi monasterium. „ Tunc piissima Berta beatam rogabat Rictrudem, ut ipsa in suo monasterio Martianas agili precatu obnixisque ieiuniis Domini pietatem de suae constructione ecclesiae flagitaret. Orante autem beata Rictrude et ieiunante, tertia nocte, quae lucebat in diem transacti ieiunii, revelatum est beatae Bertae angelicoque nutu designata sunt fundamenta basilicae in modum crucis formatae in amoenissimo loco Blanziaci oppidi secus fluvium Thenam nuncupatum, piscium copia redundantem, monasterii diversis habitationibus aptissimum. Constructo igitur oratorio et suo tempore a sanctis pontificibus dedicato, beata Berta in eodem loco ab eiusdem pontificibus religionis vestibus induta est. Quatuor quoque filias suas virgines, quas ex sancto Sigefrido genuerat, secum Deo obtulit, quarum ista sunt nomina : Geretrudis, Deotila, Gesa et Gesta. Quinta autem filiarum eius, Emma nomine, quae postea regi Anglorum nupsit, in monasterio nutriebatur sub saeculari habitu. Ipsa vero beata Berta in praefato permanens monasterio, cursu vitae transacto, feliciter migravit ad Dominum.

[1] *cod.* quendam.



Beata igitur Rictrudis a colloquio sanctae Bertae, ut dictum est, Marcianis regressa, pomposis abiectis vestibus, nobilis matrona nostra habitu religionis induitur *etc. ut* BHL. *7252, n. 5 extr.*

BHL. *7252, n.* **6-9**.

BHL. *7252, n.* **10** (...... Cuius dictis fidem faciunt aetas diuturna et conversationis tenor...).

BHL. *7252, n.* **11** (*omissus est locus inde ab :* Et haec omnia mala *usque ad :* omnem Franciam depopulati sunt).

BHL. *7252, n.* **12** (...... Gozlinus vero abbas et Conradus comes...).

BHL. *7252, n.* **13**.

BHL. *7252, n.* **14** (...... Cui coenobio ... per trecentos et decem annos praefuerunt...).

BHL. *7252, n.* **15** (...... Hic est autem Lietduinus Sancti Vedasti abbas...; *omissus est locus inde ab :* Ipse erat lucerna *usque ad :* dare lucem cogitans).

BHL. *7252, n.* **16** (...... orandi assiduitas innovatur, et denuo ipsius monasterii fabrica instauratur. Denique infra...).

BHL. *7252, n.* **17** (...... et, ut sine querela in perpetuum possideretur, villam illam ab omni censu et saeculari exactione liberam esse praecepit. Erat autem...).

BHL. *7252, n.* **18**.

f. 145. BHL. *7252, n.* **19**: Interea Albricus abbas suae praelationis officium prudenter exsequebatur; fratres quoque in monasterio honeste conversabantur. Quod diabolus animadvertens indoluit fratrum numerum in dies augmentari et totius ecclesiae status prosperari. Ad concremationem igitur templi et aedificiorum permissu Dei se accingit, fiduciam habens viros religiosos de loco suo taliter fore deturbandos. Fratres tamen locum suum non deseruerunt nec abbatis religio pro temporalium amissione aliquod sensit detrimentum. Haec igitur templi succisio facta est anno Domini Mº.xxxº.vıº., regnante Henrico. Post haec abbas annos circiter quinque supervixit et in reparandis quae destructa erant operam, quam potuit, impendit. Domini quoque gratia et beatae Rictrudis suffragium illi non defuit, sed quaeque
f. 145v. erant necessaria non sine miraculo submini|stravit. Et audi modum divinae subventionis. In eminentiori loco Austrebatensis pagi a longe conspicabilis est villa sanctae Rictrudis nomine Asconium, vel magis Absconditum, ut fertur, olim nuncupata, huiusmodi videlicet causa. Romanorum exercitus virtutis suae robore Gallias occupaverat et quaedam pars eorum optima quaeque et praecipua sibi eligens incolendo terras gentium possidebat. Postquam vero Iulio Caesari sors obtigisset, ut occidentalis orbis plagas Romanae reipublicae pugnando atque domando penitus subigeret, marinos etiam fines contingens triumphando oceanum transfretaret, quamvis cum ingenti labore et

diversis praeliorum certaminibus, universa perdomuit. Cumque orbe subacto omnibusque superatis et rite compositis, vexilla victricia retorquens Romam cum triumpho iam redire decrevisset, electam iuventutem et strenuam pugnatorum militiam ex omni Gallia cum duodecim legionibus suis collegit et praecipue propter futuram Thessalici belli congressionem, ad quam anxius toto conamine mentis festinare videbatur. Qui vero ex supradicto pago in hac expeditione assignati sunt, ex militaribus stipendiis sufficientes copias habentes, domesticas aut privatas pecunias in supradicta villa terra curaverunt abscondere, et Absconditi nomen eidem villae signanter imponere, ut in reditu sui in hanc fortasse patriam seu ipsi seu posteri eorum ex significatione nominis recti tramitis linea ad occulta reconditarum pecuniarum latibula sine errore valerent attingere. In hac igitur villa supradictus abbas non modicum repperit thesaurum, de quo omnia in melius reparavit, quaeque deperierant per incendium. Turrem quoque lapideam ad occidentalem templi partem satis pro tempore sublimem, latam et fortem aedificavit. Lipsana quoque sanctorum auro et argento cooperuit; tabulam argenteam ex parte deauratam ante altare apposuit. Textus etiam evangeliorum et reliquos ecclesiae ornatus de praedicto thesauro decenter composuit.

[*Cf.* BHL. *7252, n.* **20, 21**]. Igitur supradicto abbate feliciter migrante ad Dominum, Balduinus comes Insulanus, filius supramemorati Balduini, Poponem abbatem Sancti Remacli, virum vere sanctum, praedicto praeposuit coenobio. Qui vir venerabilis magnae fuit gratiae apud Deum et apud homines magnae auctoritatis. Hunc Romani pontifices ut patrem venerabantur. Hunc imperatores Constantinopolitanus seu Romanus ut dominum metuebant. In huius sancti viri Vita legitur quia, dum in ecclesia Sancti Remacli elemosynarii fungeretur officio, Dominus leprosum mundaverit opertum eius coopertorio. Tunc temporis homines de villa quae Wasiers *etc. ut* BHL. *7252, n.* **22**.

BHL. *7252, n.* **23**. (*Omisso initio, incipit :* Quo etiam tempore pestis quae vulgo ignis...)

BHL. *7252, n.* **24, 25**.

BHL. *7252, n.* **26**. : Post haec Wido abbas, qui in ecclesia reaedificanda post transitum Poponis abbatis multum laboravit, Alardum... accepit. Qui circa pauperes... *Omissa est insuper ultima pars inde ab :* O virum misericordem...

BHL. *7252, n.* **27, 28**.

Praedicti abbatis Alardi[1] temporibus, anno scilicet dominiçae f. 148.
incarnationis m°.lxx°[2].viiii°., incepta est ecclesia Aquicinensis in pago

[1] Adalardi *ante corr.* — [2] lxxx° *corr. man. post.*



